

1666
1
L. L.
115

Meditationes

GRAECANICAE IN

ARTEM GRAMMATICAM, MVLTO

quàm ante hâc castigatiores,

autore Nicolao Cle-

nardo.

IN EORVM GRATIAM, QVI

vía Præceptoris voce destituuntur,

& literas Græcas suo ipsius

ductu discere cog-

untur.



ANTVERPIÆ,
In ædibus Ioan. Steelfii.

M. D. XLVI.

COLLECTIONS

OF THE

AMERICAN MUSEUM OF NATURAL HISTORY

NEW YORK

1891

1891

THE BOARD OF REGENTS

OF THE AMERICAN MUSEUM OF NATURAL HISTORY

RESOLVE

TO

1891



AMERICAN MUSEUM OF NATURAL HISTORY

NEW YORK

Humaniss. si-

MVLQVE DOCTISS.

viro Iacobo Cantæ, Reuerendissimi
D. Cardinalis Campegii summo
cubiculario, Nicolaus
Clenardus.

S. P. D.



Æpenumero mihi venit in
mentem, eiusmodi libellum
conscribere, qui Græcæ lin-
guæ studiosis, post primum
Grammaticæ gustum, tan-
quam præceptoris instar es-
set, si quando viarum vocis pe-
nuria laborarent. Atque id consilii non defuerunt
qui probarent: nihil tamen æquè confirmavit,
ut tuum, doctissime Cantæ, iudiciū. Cum enim
nuper Bruxellæ de literis ageremus, operæ præ-
tium futurum credebas, si rudimentariis istis Ty-
ronibus, scriptor quispiam Græcus ita legendus
proponeretur, ut singuli versus verborum the-
matis insignirentur. In illis enim rimandis mi-
serè pletoque angis, quibus hac ratione scrupulū
omnes eximi possent. Ibi me ilico minus iam
propositi pœnitere cœpit, sed quasi oraculi au-

toritate permotus, inchoatū alioqui opus ab-
 soluere statui, eodem fermē filo, quod tua pru-
 dentia demonstraſti. Mitto itaq; iſtuc Medita-
 tiones Græcanicas, eaſq; ſub nominis tui auſpi-
 ciis æditas, vt quiſquis inde fructus ad ſtudio-
 ſam iuuentutem manauerit, cum totum propen-
 ſiſſimæ tuæ voluntati acceptum ferat, Deumq;
 precetur, vt quod præterea de iuuandis bona-
 rum artium ſtudiis animo concepisti, foelicem
 ſortiaturo exitum. Mihi certè pro effuſiſſimo
 iſto in literatos homines amore, augurari libet,
 & ominari licet, orbem aliquando ſibi gratula-
 turum, de præclaris Iacobi Cantæ meritis. Be-
 ne vale vir integerrime, & Campegiam fami-
 liam literarum gloria, quòd ſtrenuè facis,
 illuſtrare perge. Louanii Anno

M. D. XXXI. XII. Calen-
 das Iulias.

Meditationes

GRÆCANICÆ IN AR.
tem Grammaticam, autore
Nicolao Clenardo.



Grammaticorum præcepta, quæ discēdis linguis destinata sunt, ita deo-
rum utilitatem adferunt, si & me-
moria fideli conseruentur, & iugi
meditatione, adhibito iudicio, tan-
quàm renouentur. Qua quidem in
re tantum est momenti, ut hic eos peccare potissi-
mum credam, quicumque studia linguarum infelici-
ter auspicati sunt. Vidcas plerosq; annos aliquot in
quibusuis passim obseruari auditoriis, noctes diesq;
Grammaticos cuoluere, professorum dictata religio-
sissimè describere: & breuiter, omnem (quod dici so-
let) mouere lapidem, ut artis quam sectantur omnes
canones intelligant, quon interim, tot consumptis la-
boribus, ne id quidem sint assequuti, ut uel nominum
teneant declinationes, uel uerborum coniugationes.
Vsq; adeò quosdam transuersos agit inconsulta il-
la discendi libido, nouorum semper & incognitorum
auuiditate sollicita. Itaque non immerito graues saepe
utri, Paulino more, illud istis occinere solent, Semper
discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis perue-
nientes. Indignum enim arbitrantur, pretiosi tempo-

ris magno dispendio, linguam aut Græcam, aut Hebræam affectare, quū tot sint alioqui artes egregiæ, & mortalium usibus perquam necessariae, in quibus summa cum laude uersari possis. Neq; tamen stultorum mores plus ualere debent, q̄ prudentū industria. Quin potius errantes in uitam reducere conuenit, et grassanti latius malo præsentaneum remediū adferre. Quapropter iam nuper institutionibus in linguam Græcā editis, ubi quicquid eò pertineret, breuiter præcipi, operæ pretium me facturum esse credidi, si discipulorum infirmitati, & temerariæ illorum sedulitati, curâ consiliumq; pro uirili parte præberem: qui sursum ac deorsum citra delectum uariis lectitandis auferuntur, multarum quidē horarum iactura, sed fructu exiguo. Atq; animū induxi, ut libellum aliquem rudi Minerua conscriberē, ubi Græcarum literarum candidatis, tanquam uocem præceptoris uiuam imitaret, ut haberent qui iam rudimenta percepissent, quid sequi, quid fugere deberent. Delecta siquidem epistola Diui Basilii, nihil intactum reliqui, quod ad istas minutias pertineret: quæ primò discenda essent, quæ contra in præsens omittenda, & in posteram seponenda, quam potuit fidelissimè commonstrauit. Neque ab hoc instituto alienus esse, uerbulis singulis anxia quadam & barbarâ superstitione suum addere interpretamentū nihil ueritus, ne in calumniam raperetur, quod paruulis & balbutientibus ipse quoque me balbum præstitissem. Subdidi tamen suam unicuiq; sententiæ uersu

onem Latinam, ut eam edidit Budeus, partim ne quis nostris modo conspexitis, ineptam, & illatnam interpretationem, ut æquum est, irrideret: partim ut colatis inter se linguis, propria utriusque phrasis agnosceretur. Placent aliis alia, mihi hæc uisa est Epistola mirum in modum idonea, quæ per omnes (ut ita dicam) syllabas, exactè & diligenter excuteretur: propterea quòd præter elegantissimam dictionem, & dignam uiro graui uenustatem, optimis monitis Christiana nos mores componit, sine quibus perniciosum est, quicquid usquã literarum ediscitur. Proinde cui in animo sedet, nostro consilio niti, ubi summam Grammatices compendio paruo fuerit assequutus, nominum uerborumq; inflexionibus, quantum sat erit degustatis, statim has legat Meditationes, neque alio se conuertat, priusquam totam Epistolam pertractauerit, & pensiculando uestigandòque sic locis omnibus rationem à se ipse postulauerit, ut citra moram quicquid occurrerit, diluere possit, nihil inde proferatur uel minimi momenti, quod non ad suum thema tanquam ad originem referre queat. Nam eiusmodi exercitatio unum aliquem in libellum conferenda est, ne perpetuò ad eandem reuoluere molestiam. Sed iam, exposita nostri propositi ratione, Basilium ipsum loquentem audiamus, cuius est Epistola ad hunc modum inscripta.

ΕΠΙΣΟΛΗ ΤΩ ΜΕΓΑΛΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ, ΠΡΟΣ ΤΟΝ ἍΓΙΟΝ
 ΟΡΓΗΓΩΡΙΟΝ ΤΟΝ ΘΕΟΛΟΓΟΝ, ΠΡὸς τὴν κατ' ἑρημί-
 ας Διαγωγῆς.

*Epistola Magni Basilii, ad sanctum Gregorium
 Theologum, de uita in solitudine agenda.*

Secesserat uerò Basilius in Pontum, naetusq; locum
 contemplationi appositum, eòdem Gregorium pellē-
 cere studuit, missis ad eum literis, in quibus amœnitas
 secessus graphicè depingit, & laudat. Cumq; is re-
 spondisset, regionis indolem non magnopere spectan-
 dam, ubi de lucro pietatis ageretur, & simul uideretur
 istiusmodi illecebris non adducendus, ut ipse quoq; in
 Pontum migraret: ibi Basilius, occasione oblata, pul-
 cherrimam rescripsit epistolam, quam sic auspicatur.

BASILIVS.

ΕΓΕΓΝΩΜ ΣΟΥ ΤΗΝ ΕΠΙΣΟΛΗΝ, ὡσπορ οἱ τοὺς ἄλλοις
 φίλων παίδας ἐκ τῆς ἐπιφαινομένης αὐ-
 τοῖς ὁμοιότητος· πρὸς τοὺς τεκόντας ἐπιγινώ-
 σκουσιν.

Verbum uerbo redditum.

Agnoui tuam Epistolam, ut qui amicorum proles
 ex apparente in eis similitudine ad parentes a-
 gnoscunt.

Interpretatio Budæi.

Sic tuam Epistolam agnoui, ut ii facere solent, qui
 amicorum liberos ex similitudine in ipsis cōspicua
 agnoscunt.

SCHOLIA.

HVnc uertendi ordinem ad finem usq; seruabimus, & ubique adiectis scholiis, quoties opus erit, ad nostras Institutiones lectorem remitemus, adscripto paginae numero, eoque minimè fallaci. Nam tametsi superiore anno, & fermè primo ab additione, supra quatuor millia excusa sint exemplaria, tamè sedulo curatum est, ut omnes libri paginis inter sese cõuenirēt. Quod si quando presentis opusculi locū citauerimus, Codicem adducemus, alphabeti literis insignitum, & additis numeris. Hæc igitur præfati, Meditationes Græcicas incipiamus.

Vox epistolæ prima est ἐπέγνω γινώσκω, id est, nosco, compositum autem ex præpositione ἐπί, est ἐπιγινώσκω, hoc est, agnosco, secundus Aoristus actiuis uerbi γινώσκω, est ἔγνω, à uerbo in μι Tertiae cõiugationis γνῶμι, cuius Futurum pri. est. γνώσω, à primitiuo themate γνῶ, unde secundus Aoristus actiuis ἔγνω: ut Δίδωμι, Futurum δώσω, Aoristus secund. ἔδω, cuius formationem quartè in Institutionibus pagina 82. Sic à γνῶμι, Futu. γνώσω, Aorist. secund. ἔγνω, compositum ἐπέγνω, ex Præpositione ἐπί & ἔγνω. Abiiciunt enim præpositiones ultimam uocalem, quoties præfiguntur uocalibus, pag. 27. Vers. 9.

σου πλὴν ἐπιστολῆ σου Genitiuus est pronominis primitiuus, secundæ personæ, σὺ, σὺ, tu, tui, &c. Usurpant uerò Græci Genitiuos primitiuæ speciei, ubi Latini per possessiuum loquuntur, tuam epistolam dicen-

tes, non tui epistolam, illi autem σου πλὴ ἐπισολῆς,
 quanquam & possessiuis utantur ἐπισολῆς πλὴ σλώ.

ἐπέγνωρ σου) Ex encliticis est σου, ideoq; destituit

Vers. 24. tur proprio accentu, pag. 139. Enclitica uerò non semper accentum remittunt in præcedentē dictionem, sed quandoq; solum ipsam amittunt, ἀτρειδης τε, πάς & γε, sic ἐπέγνωρ σου: id quando fiat, sensim ipse obseruabis: reperies σῶμά σου, non autem λόγος σου, relictè tamen διδασκαλός σου, σώματα ἃ. Nam uocabula προπενultima, id est, quæ penultimam circumflectunt, aut προπεροξύτονα, id est, quæ acuunt antepenultimam, ea dictionis Encliticæ suscipiunt accentum, non autem προεξύτονα, id est, quæ acuunt penultimam. Tametsi quod ad accentum pertinet, securum adhuc esse præstat, neque multum de his rebus angi, priusquam in declinationibus & coniugationibus probè uersatus fueris, & casuum ac temporū terminationes exactè perdidiceris: tum deniq; ad accentus rationem ueniendum erit, & in eo diebus aliquot consumenda meditatio, reliquis omnibus omisis, scilicet ut ex animo & seriò quod agendum est, agas. Quandoquidem re ipsa comperi, plerosq; in his literis cùm plurimum temporis contriuisent, tamen uix tandem ad eam frugem peruenisse, ut iustam Grammatices cognitionem nacti essent, nō aliam ob causam, nisi quod statim omnia simul nosse uoluerint, & nulli tamen rei totos sese dedere. Atq; illud uel maximè linguis prouebendis impedimento cōsuevit esse, dū utri alioqui bo-

ni, sed è quorundam moribus hæc studia æstimant, putantq; linguis singulis sæculum esse tribuendū: quū tamen si quis recta ratione rem instituat, nō modò Græcam & Hebræam, sed & Chaldæam & Arabicam ita nosse possit, ut reliquis disciplinis percipiendis nihil prorsus officiant, sed maximè prosint. Proinde, ut ad nostrum institutum recurrat oratio, sic formari uelim discipulum, ut primus labor impendatur declinationibus & coniugationibus, etiā neglectis accentibus, nisi si quid obiter suapte industria notarit: deinde se in auctore quopliã exerceat, & singulas minutias excutiat, quemadmodum in Epistola præsentī facere cœpimus. Vbi hoc scopo sibi proposito, iam istam partē satis affectus erit, mox alteram curam suscipiat, de accentibus, aut de syntaxi, dissimulatis interim illis, quæ huc non pertinent. Ita q; suaserim libellum aliquē huic exercitationi designatū, nō semel tantū euoluere, uerū toties à capite ad calcē usq; perlustrare, quoties nouā prouinciam capeffas: ita enim futurū est, ut & uetera quæ iam didiceris, relectione confirmentur, & animus præsentī negotio detentus, minus distrabatur alienis.

τῶ ἐπισολῆρ) ἰ Accusatiuus fœmininus articuli præpositiui, ἢ τῆς, τῆ, τῆρ. Adhibent autem articulum fœmè singulis dictionibus, interdum certitudinis gratia, interdum etiam ornatus causa, de qua Pag. 89.

ἐπισολῆρ) Accusatiuus singularis, ἢ ἐπισολῆ Secunda declinationis, ut ἢ Ζυμῆ: τῆρ ἐπισολῆρ, ut τῆρ τιμῆρ. Articulus additus facile demonstrat omniū

Vers. 10

genus, numerum & casum, quod si defuerit, adhibito Lexico planum fiet. Nam ceteri casus cum Nominatiuo principalem syllabam habent eandem: at in uerborum temporibus alia est ratio, propter augmentum.

Cum uerò dicatur ἐπισολή & ἐπισολήν accentu acuto, hic grauis positus est πλὴν ἐπισολήν. Dictiōes enim acutae, nisi ponantur in fine periodi, & sententiā claudant, mutant acutum in grauem ob consequentem di-

Vers. 22. ctionem, pagina 136.

ὡσπερ) ut, quemadmodum, similitudinis aduerbium: idem significat ὡς. Est enim in plerisque πρὸ adiectio syllabica, ut etiam in articulis subiunctiuis, ὡσπερ, ἢ πρὸ,

Vers. 9 ὅπερ, pagina 86. Nemo uerò sibi molestiam asciscat, in memorandis aduerbiorū uariis significandi modis: aut coniunctionum potestatibus, ut norit, quas expletiuas dicere debeat, quas rationales, aut causales. Illud pro partibus orationis, quas uocant indeclinabiles, satis fuerit, ut quādo occurrent in autoribus, significationem & usum obseruet.

Vers. 15. οἱ) qui, articulus subiunctiuus functus officio relatiui, pagina 88. quod scribatur sine accentu οἱ, praepositiuus erit, qui nō conueniret uerbo ἐπιγινώσκεις, sed participio οἱ ἐπιγινώσκοντες, id est, agnoscetes: at οἱ ἐπιγινώσκουσι, qui agnoscunt.

τοὺς τῶ φίλων παῖδας) amicorum liberos, inter articulum dictionis regentis, & ipsam dictionem regentem, eleganter collocatur dictio recta cum suo articulo, τοὺς παῖδας τῶ φίλων, liberos amicorum, τοὺς

¶ φίλων παίδας. amicorum liberos. Sic reliquæ par-
ticulæ, ut præpositio cum casu, aut aduerbium, uenusi-
ponuntur in medio, τὸν μετ' ἡμῶν βίον: τὸς ὄντων κα
δεύδοντας: cuiusmodi sunt apud Latinos, ubi inter ad-
iectiuum & substantiuū quippiā inter scribitur: tempera-
tum oratiōis genus: summā doctōris autoritatē, &c.

¶ ἢ φίλων) articulus indicat esse Genitiuum plu-
ralem, à Nominatiuo tertiæ declin. ὁ φίλος & amicus,
ut ὁ λόγος, ἢ λόγῳ, ἢ φίλων. Semper uerò Geniti-
uus pluralis desinit in ων, in omni declinatione, ideo &
inde certum nominatiuum nō licet colligere, nisi con-
sulito Lexico, aut præceptore.

τοὺς παίδας) proles, liberos, ὁ παῖς, τὸ πῶς
ὡς παίδος, Quintæ declinationis, Accusatiuus plu-
lis τὸς παίδας, accentū habēs in priore syllaba cū ta-
men Genitiuus παίδος ultimam acuat, de hoc pag. 138. Vers. 16
cur etiam παίδας circumflectatur, nō autem acuat
dicendo παίδας, notatum pag. 137. in ἐσῶς ἐσῶτ &. Vers. 12.

ἐκ τ' ἐπιφανομένως) ἐκ & ἴδ' idem significant,
sed hoc ante uocalem, ἴδ' αὐτῷ ex ipso: illud ante con-
sonantem, ἐκ πατρὸς ex patre. Præpositiōnū significa-
ta, regimen & usum discēs optimè legēdis autoribus,
& doctōrum interpretationibus, quales ætate nostra
duos insignes uidimus, Erasmum & Budæum. Quòd
si cui libebit alieno magis frui labore, non habeo con-
siliū expeditius, q̄ ut ipsius Budæi cōmentarios ubi
de præpositiōibus accuratissimè scripsit, diligēter per-
legat, præsertim si iam in literis grandior sit, et pluscu-

lum nactus fuerit iudicii. Alioqui infirmioribus & rīdibus commodū erit Lexicon illud, quod nuper Parisiis excusum est opera Gerardi Morrhii, qui sedulo studuit, ut iuuentus in promptu posita haberet, & suo loco, non modō quæ tradidit Budæus, uerūm etiā quæcunq; ex aliorū monumētis apiculæ in morē collegit.

ἐπιφαίνομένως) φαίω, compositū ἐπιφαίω, ostendo, passiuum ἐπιφαίνομαι ostendor, appareo, reluceo, & conspicuus sum. Nam crebrō passiuā Græcorum reddimus per neutra Latinorum, aut cōtrā: licet enim eandem rem diuerso nominare contingat idiomate, tamen quæ uocantur apud Grammaticos partium orationis accidentia, genus, numerus, figura, & huiusmodi, ea non semper conueniunt: ut nos dicimus in plurali, diuitiæ diuitiarum, illi singulariter ὁ πλῆτος, τὸ πλῆτος: nos deponentis uoce furor, ille uoce actiua κλέτω: sic non mirandum, cū illi dicant, ἐπιφαίνομαι sub uoce passiuā, nos interpretemur nō solū ostendor siue uideor, sed etiam appareo, reluceo, & etiam per circumlocutionem, conspicuus sum. Igitur ab ἐπιφαίνομαι sit participium ὁ ἐπιφαίνομένως, qui ostenditur, apparens, aut si per nomen reddere uelis, conspicuus. Femininum ἡ ἐπιφαίνομένη, Secūda declinationis, Genitiuus τῆ ἐπιφαίνομένης.

ἐπιφαίνομένως αὐτοῖς) apparente in ipsis. Composita regunt casum præpositionis: ἐπι Datiuo iungitur, significās idem quod in, proinde uerbū compositū Datiuum habet: ἐπιφαίνομαι αὐτοῖς, reluceo in ipsis:

nam absurda fuerit imitatio, in apparet ipsis, quod uerbum Latinus non agnoscit, quod factum est, ut in uersione presentis Epistolae, non sic uerbum uerbo reddere potuerimus, quin interdum cogeremur minus esse inepti, dum saltem Latinis uocibus uti studemus, etsi peculiarem linguam phrasim neglexerimus: ideo uertimus apparente in ipsis, non autem inapparente ipsis.

αὐτοῖς) Datiuus pluralis pronominis αὐτὸς, de quo Pag. 78.

Vers. 6.

ὁμοιότης) ὁμοί) similis, ἢ ὁμοιότης similitudo, ἢ ὁμοιότης. Adiectiua in ος formant substantiua foemini generis in ὄτης, quorum Genitiuus in ὄτης) pag. 15.

Vers. ult.

ὁμοιότης) πρὸς τῶς κόντας) obseruabis diuisiones, quae significat cōuenire, cōsentire, simile esse: aut contra, dissidere, dissentire, pugnare, &c. praepositioni πρὸς adiungi, exempla notabis ubi inciderint.

πρὸς τοὺς κόντας) πρὸς Praepositio, cū Accusat. τοὺς κόντας) τίκτω pario, secund. Aorist. ἔκκορ ab inusitato uerbo τέκω, ab ἔκκορ Participiū ὁ τέκωρ, τὸ κόντ) Accusatiuus pluralis τοὺς κόντας, id est, eos qui genuerunt, aut pepererunt, nempe parentes: quod tamen est Nomen non Participium. Habent autem Graeci in omnibus uerbis, omnium temporum Participia: Latini non item, cū sit igitur κόντας Participium Aoristi, & significet Praeteritum, necesse est, nos circumloqui per uerbum & relatiuum, τοὺς κόντας, eos qui genuerunt: nam à uerbis acti-

Participii
praeteriti
interpretatio.

uis, ut sunt pario, gigno, non fiunt participia Præteriti temporis: ideoq; si nolimus adhibere periphrasim, & tamen una tantum uoce reddere, uel rationem temporis negligimus, & utimur participio præsentis, gignentes, parientes: aut eius loco nomen ponimus parentes, genitores. Idem facito in cæteris, ut si quando Latinum Participium eiusdem temporis non reperitur, inuenias nomen, quod saltem significatione consentiat, sicut à uerbo κτίζω, Futurum κτίσω, Aoristus primus ἔκτισα, Participium ὁ κτίσας qui creauit, pro quo uerte, creatorem.

ἐπιγινώσκουσι) agnoscunt, tertia pluralis ab ὠνί γινώσκω.

BASILIUS.

τὸ ὕψ μὴ μέγα εἶναι φῆσαι, πλὴν τοῦ τὸ πρὸς κατασκυβῆν, πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι ὁρμῶν τινα τῆ ψυχῆς εἰς τὸν μετ' ἡμῶν βίον: πρῆν ἄρ πρὶ τοῦ τρόπου τῆ μάθοις καὶ φθι διαγωγῆς, σὸν ἡρ ὄντως τὸ διανόημα, καὶ φθι σῆς ψυχῆς, φθι πάντα τὰ τῆδε μηδὲρ τίθεσ μένης πρὸς πλὴν ἑῶ ἐπαγγελίαις ἀποκωμένω ἡμῶν μακαριότητα.

Verbum uerbo redditum.

Nam haud magnam esse dicere loci structuram, ad ingenerandum impetum aliquem animo tuo, ad cum nobis uitam, priusquam de modo aliquid didiceris, & conuersatione, tuus est reuera sensus, & tui animi, omnia hic nihil facientis, præ in pollicitationibus reposita nobis beatitudine.

Interpretatio Budæi.

Nam quòd existimare te ais, magnopere non referre, habitum structuramq; loci, ad ciendū in animo tuo desiderium uitæ nobiscum agenda: anteq; compertum quippiam habeas de modo & ratione uitæ nostræ: tuus hic est profectò animiq; tui sensus, qui huius mundi bona prorsus nihili esse ducas, præut est beatitudo, quã reconditã in diuinis pollicitationibus habemus.

SCHOLIA.

ὃ γὰρ μὴ μέγα εἶναι φῆσαι, (Ἔ. c.) Sic ordina, ὃ φῆσαι τὸ τὸ τὸ κατὰ σκευὴν μὴ μέγα εἶναι, id est, dicere loci structuram non magnum esse, hoc est, non multum habere momenti. Cæterum articulus ὃ, iungitur infinitiuo φῆσαι, tanquam nomini. Siquidem Infinitiuus siue solus, siue cum casu, nominis uice fungitur, idq; in neutro genere, & hoc loco tanquam Nominatiuus habetur.

ἄ) enim, nunquam primum locum sibi in oratione uēdicat, ideoq; uertimus per nam: propterea quòd Latini pro articulo ὃ, nihil habēt quod ponāt, nisi dicāt τὸ ἄ φῆσαι, ipsam enim dicere, aut, id enim nempe dicere: ut capiamus articulum præpositiuum pro pronomine demonstratiuo, id est, τὸ pro τὸ τὸ, siquidem hoc interdum fit, pag. 88. alioqui si articulum suo more capias, cum nihil Latinè respōdeat, turpe foret dicere ὃ γὰρ φῆσαι, enī dicere, quapropter uertimus, nã dicere.

μὴ μέγα) non magnum, μὴ non, alia significata in præsens omitte, & suo loco discenda ducito.

- μέγα) magnam. Adiectiuum neutrum, de quo pag.
 Vers. 7 102. Saep̄ alterius generis substātiuō additur adiecti-
 uum neutrum, τῷ τῷ τόῳ κατασκυῖν εἶναι μέγα,
 loci structuram esse magnū, ueluti substantiuē, hoc est,
 rem magnam, aut magni esse momenti, magnopere re-
 ferre, ut Budæus uertit.
- Vers. 6 εἶναι) esse, Infinitiuus ab εἰμι sum, pag. 112.
 φῆσαι) Infinit. Aor. prim. ab indicat. εἶφα, ut τῷ
 φαι, ab ἔτυφα: cur ergo non φῆσαι ut τῷ φαι accentu
 acuto? Iam monuimus, non aliud esse agendum prima
 lectiōe huius epistolæ, q̄ ut casuū, & temporū, & pe-
 sonarum terminationes rimarctur, & uides termina-
 tione cōsentire φῆσαι cū τῷ φαι, utrunq; in αι. Quod
 ad accētū attinet, αι in huiusmodi solet haberi pro bre-
 Vers. 18. ui, pag. 137. longa uerò ante breuem finalem circumfle-
 Vers. 12. ctitur, itaq; scribendum non φῆσαι, sed φῆσαι, pa. 137.
 in ἐς ὧς ἐς ὧτος. Vsitatū uerò thema huius infinit. φῆ-
 Vers. 26. σαι, est φημι, de quo pag. 116. Nec tam significat dico,
 quàm puto & profiteor: utrunq; explicat Budæus,
 εἰ γὰρ φῆσαι, nam quod existimare te ais.
 τῷ τῷ τόῳ κατασκυῖν) de articulo dictionis
 Vers. 4. regentis et rectæ, uide notata Codice A 12. in τοῖς τ̄
 ab imo. φίλων παίδας.
 τόπος) loci, ὁ τόπος, Tertiae declin. τῷ τόπῳ.
 κατασκυῖν) structurā, ἢ κατασκυῖν, Secunda decl.
 πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι τῇ ψυχῇ σου) ad ingenerandū
 animo tuo. Gerundiis & supinis Græci carent, in quo-
 rum locum subeunt Infinitiuī, adiectis articulis neu-

tri generis, πρὸς δ' ἐμποιῆσαι, hoc est, ut ruidius lo-
quamur, ad ingenerare, id est, ad ingenerandū, aut cau-
sa ingenerandi. Nam prius supinum, gerundium in di
uel dum, fermè efficit infinitiuum adminiculo præposi-
tionis πρὸς.

ἐμποιῆσαι) Infinit. primi. Aor. ἀέτλι, ab ἐμποιέω
indo, ingenero, innasce facio, quasi intus facio, uel ines-
se facio, Capiatur simplex ποιέω, et per crasim ποιῶ,
primæ coniugationis circumflexorum Futu. ποιήσω.
Aor. prim. ἐποίησα, Infinit. ποιῆσαι: unde compositum
ἐμποιῆσαι, ab ἐμποιέω, ex præpositione ἐν, migran-
te v in μ, propter π sequēs. Quo modo uerò se habeat
præpositiones ἐν & σύν in compositis, uide pag. 133. in Vers. 9.
uerbo συζήγησθαι.

Quoties incidit uerbū compositum, ut facillor sit
temporum formatio, tolle præpositionem, & excutito
simplex, ut modò fecimus in Infinitiuo ἐμποιῆσαι.

ὄρμῶν τινα) desideriū aliquod, & impetum: nam
hoc propriè uox significat, ueluti cūm animus aliquod
fertur, & aliquid agere gestit, odio uel amore prouo-
catus. Nominatiuus est ἡ ὄρμη, Secundæ declinationis
Accusatiuus τὴν ὄρμη, ut τὴν τιμῆν.

τινα) Accusatiuus singularis, fœminini generis, No-
minatiuus τῆς, τινὸς, τινί, τινὰ, quod habes pag. 16. Vers. 16.

Quanquam si quis rectè perceperit ordinem, quem se-
cuti sumus in Quinta nominum declinatione, facile in-
uenerit oīa, uel nobis tacētibus. Primò scripsimus quæ
desinerent in uocalē, nempe α, ι, υ, ω: nam nullum nomē

Quintæ declinationis desinit in aliquam reliquarum uocalium ε, η, ο, deinde sequuntur finita in cōsonantē, nec ullum desinit in aliquā istarum cōsonantiū, β, γ, δ, ζ, θ, κ, λ, μ, π, τ, φ, χ, sed in unam reliquarum, nempe υ, ξ, ς, σ, ϑ, quas quinque consonantes uariæ præcedunt uocales aut diphthongi, hoc ordine, αυ, ευ, ηυ, ιυ, ου, ουω, υυ, ωυ: in litera ξ, non uocalium facimus discrimina, sed uarias adscriptimus terminatiōes Genitiui κϑ, γος, χϑ, pro affinitate trium inter sese mutarum, tenuis κ, mediæ γ, aspiratæ χ: sequitur, ας, ες, ης, ος, υς, ως: deinde ας, αιε, αυς, ες, ες, ους, ης, ις, ϑ, ους, υς, ως: subduntur quæ in duas desinunt consonantes, λς, υς, ρς: ultimò quæ in duplicem ϑ desinunt, ubi similiter ut in ξ, non uocalium habita est ratio, sed genitiui ωϑ: βϑ, φϑ, pro tribus aliis mutis, tenui π, mediæ β, aspiratæ φ. Hunc ordinem quisquis obseruabit, statim nouerit, ubi querendum erit, quicquid occurret de nominibus Quintæ declinationis.

- Est autē hoc nomen ἄς, ex Encliticis, quæ proprio destituuntur accētū, pag. 139. ὄρμηρ ἄνα, pro ὄρμηρ ἄνα. Enclitica enim quandoque nō remittunt suum accentum, sed tantum perdunt, ut notatum Codice A 10 in uoce ἐπέγνωρ σου. Sic ϑ Enclitica dissyllaba, quandoque remittunt, ἀνθρωπὸρ τινα, quandoque tantum perdunt, nempe si præcedat πρῶτω μωρ, id est, dictio cuius ultima circumflectitur, ποιῶ τινα, aut ὀξύτονον, id est, dictio, cuius ultima est acuta, καλὸρ τινα, sic hoc loco, ὄρμηρ τινα: in cuiusmodi ablatu est accētus

Ἐν ὀνόματι τινος, nec tamen dictio præcedens ullum habet accentum, præter nativum & proprium. Et in istis non obtinet Canon ille de accentu acuto, qui ob consequentiam migrat in gravem, ut notatū Codice A 11. in ἐπι- Vers. 3.
 σολῶ. Nam si Encliticum servaret accentum, scribere ab imo
 mus, ὄρμῶν τινός: acutus enim ob consequentiā muta-
 tur in gravem, at ubi encliticum accentum perdit, acu-
 ta dictio præcedens manebit acuta, ὄρμῶν τινά, non
 autem per gravem ὄρμῶν τινά.

ψυχῆ σου) animo tuo, ἢ ψυχῆ, ἢ ψυχῆς, τῆ ψυχῆ Se-
 cundæ declinationis, ut ἢ τιμῆ, ἢ τιμῆς, τῆ τιμῆ.

οὐ) Genitiuus à σύ pronominè, de hoc Codice A 9. Vers. 4.
 ἐν σοὶ τῶ ἐπισολῆρ, & ἐν ἐπέγνωσθ, Codice A 10. ab imo.

εἰς τὸν μεθ' ἡμῶν βίον) præpositio εἰς, cum Ac- Vers. 3.
 cusatiuo, εἰς βίον ad uitam, Budæus ὄρμῶν εἰς τὸ βίον,
 hoc est, uerbum è uerbo, impetum ad uitam, uertit desi-
 derium uitæ. Non enim interpretis officium est, anxia interpre-
 quadam religione numerare uoculas, & syllabis assi- tis officio
 dere, sed Latinis auribus satisfacere, & Græcicas iam,
 figuras quæ maximè fugere, ad quod nihil æquè condu-
 cit, atque ratio copiæ, in qua quisquis erit benè uersa-
 tus, is facillimè præstabit rectum interpretem.

ὅρμῶν μεθ' ἡμῶν βίον) infirmioribus obsecuti, reddi-
 dimus ineptissime, ut cernerent, quid cui responderet,
 hoc pacto, εἰς τὸ μεθ' ἡμῶν βίον, ad cū nobis uitam.
 Articulum enim τὸν, qui uariis modis explicari potest
 tanquam negleximus, & Scholitis ipsum declarandum
 reliquimus. Itaque articulus qui afficit præpositionem

cum casu, reddetur cōmodè aliquo adiectiuo, τὸ μὲθ

Vers. 20. ἡμῶν βίον, agendam nobiscum uitam, pag. 154.

Vers. 10. μεθ' ἡμῶν) apostrophas est, pro μετὰ ἡμῶν, pagina 7. Graeci autē hic à Latinis dissentiunt naturalis praepositionis ordine seruato, dicentes μεθ' ἡμῶν εἰς nobis, pro quo Latini nobiscum. Caterum μετὰ cum, Genitiuum habet: at μετὰ post Accusatiuum.

Vers. 1. ἡμῶν) Genitiuus plu. à pronomine ἐγὼ, pag. 86.

βίον) ὁ βίος uita, Tertiae declinationis.

πρὶν ἂν μάθοις) priusquam didiceris, ὡς ἰν' antequam, priusquam.

ἂν μάθοις) haec cōiunctio ἂν, nunc est potentialis, οὐκ ἂν φαίης, nequaquam dicas, hoc est, haud possis dicere: nunc planè uacat. Vide Budaeum in Commentariis linguae Graecae, ubi usum explicat, & quibus modis iungatur. Tu interim quoties obuia fuerit haec particula, securus negligere tanquā otiosam, donec in istis literis plus roboris collegeris. Multa distmūda sunt, ut loco & tempore discantur commodiore.

πρὶ τ' ἑρώσῃ) de modo, praepositio πρὶ cum Geni.

ἑρώσῃ) Nominatiuus ὁ τρόπος, ut ὁ λόγος, masculinum est, quod inspecto discas Lexico: siquidē Genitiuus τ' ἑρώσου conuenit utriq; generi, siue dicatur ὁ ἑρώσος, siue in neutro τὸ ἑρώσον, ut, τὸ ζύλον: utriusq; enim Genitiuus esset τῷ ἑρώσῳ.

A uerbis quorum penultima est ε, deducuntur nomina conuerso ε in ο, λέγω dico, λόγος sermo, τρέπω uerto, τρόπος mos, modus: item aliud τροπή mutatio,

ut ab ἐπισείλω, id est, mando, mitto Epistolam, fit no-
men femininum ἐπισολή, id est, Epistola: nam latinitate
donatum est.

τι) aliquid, neut. à communi τῖς τινός, hoc est, ali-
quis, quispiā, uel quidā, q̄ tria græci unica uoce dicūt.

τι μάθοις) aliquid didiceris, noris. Budæus adiu-
tus præsidia copiae, uersionē fecit speciosiore, dum
pro didiceris, uertit, compertum habeas.

μάθοις) μαθήνω disco, secundum Aorist. capit à
μαθέω inusitato: unde Futur. μαθήσω, Aori, prim. ἐ-
μάθησα: secundus ἔμαθον, abiiciendo ex Aoristo pri-
mo penultimam uocalem cū cōsonante sequente, nem-
pe κs, de hoc pagin. 65. Ab ἔμαθον Optatiuus est
μάθοιμι, μάθοις, ut ab ἔτυπον fit τύποιμι, τύποις.

Vers. 22.

Ϝ) Ϝ, coniunctio copulatiua. Quomodo discen-
de partes orationis indeclinabiles, scriptum Codi-
ce A 12. in ὡπες.

Ϟ) διαγωγῆς) διάγω dego, uitam traduco, à δια-
ἄγω, reiecta ultima præpositionis uocali, propter uo-
calem sequentem, pag. 27. Ab ἄγω Ϝ cōpositis, uerba-
lia fiunt adiectione syllabæ γή, ἄγω ἄσωγή, συνάγω
συναγωγή, εἰσάγω εἰσαγωγή: sic à διαἄγω fit διαγω-
γή, id est, institutum uitæ, Ϝ uiuendi ratio.

Vers. 10

Vers. 16.

σὸρ ἢ ὄντως) σός, σή, σὸρ, tuus, tua, tuum, pronome
possessiuum, pag. 86. Scribitur hic σὸρ graui accentu,
propter sequentem dictionem. Codice A 11. in ἐπισο-
λή: quòd si poneretur in fine iustæ sententiæ, iam acu-
retur, δ' ἰανόνμα τὸ σὸρ.

Vers. 9

Vers. 3.

ab imo.

Vers. 5. ἤρ' ὄντως) est reuera ἤρ' imperfectum ab εἰμί, pag. 112. sed crebro ponitur pro presenti ἐσσι, sic ἔδω pro δέ, ἐχρῆν pro χρῆν.

ὄντως) profecto, reuera, aduerbiuum à genitiuo plurali participii uerbi substantiui, ὄν, ὄντος. τῶν ὄντων,
Vers. 27. v in σ, ὄντως, pag. 89.

διανόμα) sensus, à διανοέω, simplex νοέω, Fut. νοήσω, Præte. acti. νενόηκα. passi. νενόημαι, unde uerbale

Vers. 12. τὸ νόημα, pagin. 95. ablato incremento, & uerso μαι in μα, compositum διανόμα. Ut uerò facilius sit thematici inquisitio & utilior, memores esse cōuenit, unde tempora formentur, & sensum tanquā per gradus sursum ascendamus ad originem, donec inuentum sit præsens Indicatiui modi: est enī thema hoc παῖτο, διανόμα, reice præpositionē, erit νόμα uerbale in μα quod sit semper à præte. passi. prima persona, sublato augmento: erit igitur νόμα à νενόημαι: Porro Præte. passiuum formatur ab actiuo, uertendo φα in μμαι, χα in σμαι, uel κα in μαι: fuerit ergo νενόημαι ab actiuo νενόηκα, ubi autē κα in Præte. desinit Fut. in σω, nisi sit quinta cōiugationis, proinde Futurum erit νοήσω: nam in quinta cōiugatione dicere volwō, contra canonem est, qui præscribit penultimam Futuri quintæ cōiugationis esse breuiandam, & alioqui si futurum esset volwō, Præsens esset volwō, quod nusq̄ apparet in Lexico, relinquittur igitur Futurum νοήσω, id quod proficiscitur à præsen. Tertie cōiugat. νοήδω νοήδω, νοήτω: aut Quarta νοήσω, νοήσω, siue νοήτω

τω, aut Sexta νοῖω: aut prim. circumflex. νοέω, νοῶ,
 aut Secunda νοάω νοῶ, siquidem omnium istorum Futu-
 rum esset in σω, uerum nullum eorum ostendet Lexicon
 praeter νοέω. Hanc thematis rimandi uiam diligenter ob-
 serua: parat enim mirā facilitatem, ut statim occurrat
 origo, unde tempora manare queāt, de hoc uide pa. 135. Vers. 25.

τοῦ τ' οὖς ψυχῆς) & tui animi, hic utitur posses-
 suo pronomine, σός, σή, σόν, tuus, tua, tuum: femininū
 ἡ σή, Genitiuus τ' οὖς: poterat uti primitiuo Genitiuo
 σοῦ τ' ψυχῆς, hoc est, ut uetusto more loquamur, tis
 animi, pro tui animi: siquidem Graeci Genitiuos pri-
 mitiuae speciei με, σέ, σου: ἡμῶν, ὑμῶν, σφῶν, etiam
 actiue & possessiue capiūt: apud nos aut̄ mei, tui, sui,
 nostri, uestri, tantum passiuē: actiue autem & possessi-
 ue usurpant ueteres mis, tis, sis, nostrum & uestrum.
 Tria, mis, tis, sis, exoleuerunt, nostrum & uestrū tantū
 partitiue capiuntur, uterq; nostrum, cui libet uestrum.

ψυχῆς) ἡ ψυχῆ, τ' ψυχῆς, Secunda declinationis.

τ' πάντα τὰ τῆς εἰς μηδὲρ τιθεμένους) ordina sic:
 τ' μηδὲρ τιθεμένων πάντα τὰ τῆς εἰς, nihili facientis
 omnia hic, subaudi posita. Interpres non malè hunc
 locum extulit per secundam personam, hoc modo, qui
 huius mundi bona prorsus nihil esse ducas: tamen ge-
 nitiuus τ' τιθεμένους referendus est ad substantiuum
 quod praecedit, nēpe τ' οὖς ψυχῆς, tuus, inquit, hic est
 profectō, animi: & tui sensus, ψυχῆς, inquam, hoc est, ani-
 mi uel animae, τ' μηδὲρ τιθεμένους, hoc est, nihili
 esse ducentis, aut quae nihili esse ducat. Participium

enim uariè redditur, nūc aduersum quiddam indicans nunc causam explicās, ut hoc loco, τ̄ μηδὲρ τιθεμδύης, nihil ducētis, quæ nibili esse ducat, hoc est, ut quæ, aut quippe quæ nibili esse ducat. Proinde quæ per partici-
pia Græcis efferuntur, nos latinitate donabimus p̄ eius modi coniunctionē, quæ cōmodissimè facit ad sensum.

πάντα) omnia, ὁ πᾶς, τῶ παντός: ἢ πᾶσα, ὅ) ὡς
σης: τὸ ὡς, τῶ παντός. Accusatiuus pluralis neutri
generis, τὰ πάντα, accentu in priore, licet Genitiuus

Vers. 16. sit πάντ̄, non πάντ̄, uide pag. 138.

τὰ τῆδε) Articulus aduerbio iunctus, mutat ipsum in adiectiuum, χθὲς heri, ὁ χθὲς, hesternus, ἢ χθὲς he-

Vers. 22. sterna, & ita per omnes nūeros & genera, pag. 144.
Aut in isto articulo participium intelligitur uerbi sub-
stantiui ὡς, ὄσα, ὅρ: aut aliud quippiam, quod loca
& sententiæ congruit, seruata generis, numeri, & ca-
sus ratione, ἐκεῖ illic, ὁ ἐκεῖ, qui illic est, habitat, ambu-
lat, & cetera: οἰκοὶ domi, aduerbialiter: τοὺς οἰκοὶ,
intellige ὄντας existentes, hoc est domesticos, sic τὰ
τῆδε intellige ὄντα, aut aliud quod quadrat, id est, quæ
hic fiūt uel gerūtur, quæ in hoc mundo sita sunt, & c.

Est autem τῆδε aduerbium sub forma Datiui scemi-
nini, cuiusmodi plurima sunt profecta ex secunda de-
clinatione, habentque α uel η diphthongum impro-
priam, δημοσία publicè, ἰδία priuatim, βία uiolen-
ter, παρρησία confidenter, libere: Sic ἄλλη, πάν-
τη, πῆ, ὅση, κρυφή, προυδῆ, ἐικῆ, ἦσυχῆ, κομι-
δῆ, πολλαχῆ, πανταχῆ, διπλῆ, τριπλῆ, π-

τραπελῆ, πενταπλῆ, ταύτη, *ad eundem modum* τῆς δὲ
 quod sit ab articulo præpositiuo ὁ, ἡ, δ, qui aduētū par
 ticulæ δε, capitur pro demonstratiuo, pag. 88. ὅς δὲ pro ὅ
 tos hic, ἡ δὲ hæc, unde Dat. τῆς δὲ huic, & aduerb. hîc.

Vers. 24.

μηδὲρ) nihil, ὁ μηδὲς, ἡ μηδεμία, τὸ μηδὲρ, pag. 15.

Vers. 17.

τιθεμένως) τίθημι, pag. 69. παθ. τίθεμαι, part. ὄτι

Vers. 10.

θέμενος) ἢ τιθεμένως, Gentilius φησὶ τιθεμένως, id est,
 ponentis, facientis, ducentis. Apud Atticos enim passī
 ua capiuntur actiuè, & alioqui deponētalia & media
 uerba idem habēt præsens & Imperfectū cū passiuis.
 Porro τίθεσθαι hoc loco significat idē quod λογίζεσθαι,
 id est, ducere atq; existimare, μηδὲρ τίθεσθαι nihili face
 re, μικρὰ τίθεσθαι parua habere, ὕσσορ τίθεσθαι post
 habere, παρ' οὐδὲρ τίθεσθαι pro nihilo ducere, nihili
 facere. Verū ista psequit nō est præsentis instituti, tan
 tū illud studiosos adolescētes admonitos uelim, si lin
 gua Græcæ proprietatē & elegantē uocabulorū usum
 tenere desiderēt, ut cōmentarios Budæi summa cura
 plegāt. Reperient enim incredibilē quendā thesaurū,
 unde ad copiose scribēdum reddentur instructissimi.

πρὸς τὴν μακαριότητα) ad beatitudinē, nihili du
 centis, inquit, ad beatitudinem, hoc est, præut est beati
 tudo: capitur πρὸς, ut apud Comicum præpositio ad,
 nihil ad nostram hanc, id est, præut nostra hæc est for
 mosa, οὐδὲρ πρὸς τὴν ἡμετέραν ταύτην.

ἐν ἐπαγγελίαις) in pollicitationibus, adiectiuum,
 diuinis, interpres explicandi caussa apposuit.

ἐπαγγελίαις) A nominibus in & tam substantiuis

ᾧ adiectiuus deducuntur substantiuain ἰα, κακός *malus*, κακία *malitia*, ἄγγελος *nūcius*, ἀγγελία *res quæ nuntiatur*, ἀγγέλλω *nuntio*, cuius cōpositum ἐπαγγέλλω *ex Præpositione ἐπί, & in uoce deponentali ἐπαγγέλλομαι promitto*, hinc ἐπάγγελθαι, unde ἐπαγγελία *Secundæ declinationis*, Datiuus pluralis τῶν ἐπαγγελίαις.

Vers. 6. ἀπεκειμένω) uerbum κείμαι, pagin. 116. compositum ἀπόκειμαι *resideo*, repositus uel depositus sum, part. ἀποκειμένω) repositus, fœmininū ἢ ἀπεκειμένη *Secund. declin.* Accusatiuus τὸν ἀπεκειμένω). Nec miretur quis, quod uerbū præsentis tēporis ἀπόκειμαι uertitur repositus sum, & item participiū ἀποκειμένω) præsentis temporis per præteritum repositū, uide notata Co. A. 14. in uoce ἐπιφαινομένης. Neque

Vers. 4. ab imo. præterea hic laborandum est, ut quia uerbum κείμαι nobis occurrit, totam illius ediscas coniugationē, sed ubi excusso accus. ἀποκειμένω), ad ipsum thema peruenieris, nempe κείμαι, hic sistendū erit, nec ultra præsens tempus progrediendum. Id quod in omnibus obseruabis, ne longius curam extendas, quàm præsens locus postulauerit. Si quis occurrat obliquus, non quiescendum nisi reperto Nominatiuo, si ipse inciderit Nominatiuus, aut thema uerbi, non scrutabimur anxie quæ inde tempora deducantur. Cæterū quia ad consummatum grammaticum pertinet, etiam illa tenere, quæ posteriori parte nostrarū Institutionum carptim scripsimus, quæ incipiuntur, pag. 90. consultum uidetur non

Vers. 26. mus, quæ incipiuntur, pag. 90. consultum uidetur non

quidem ea solū ediscere, ut sparsim in excutiendo li-
bello quoriam obuia erunt, sed huic quoq; rei postea
tempus suum tribuere, & à capite ad calcem usq; per
legere, serio studio haud aliter atque feceris in præ-
ceptione primorum rudimentorum.

ἡμῖν) Dativus pluralis ab ἐγώ.

μακαριότητα) ὁ μακάριος, inde ἡ μακαριότης
φθι μακαριότητος, vide in voce ἐμοιότητος, Codice
A 15. Accusativus τὴν μακαριότητα.

Vers. 10.

Εγὼ ἢ ἂν ἴποιω αὐτὸς ἐπὶ φθι ἕχατιας ταύ-
της, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, γράφαρ αἰχάωομαι, κατέ-
λιπον μὲν γὰρ τὰς ἐν ἄσῃ διατριβάς, ὡς μυρίων
κακῶν ἀφορμὰς, ἐμαυτὸν δὲ ὄντω ἀπολιπέην ἰδὺ
νῆθῶ.

Ego uerò quæ quidem facio ipse in solitudine hac
nocte & die, scribere erubescō: dereliqui quidem enim
in urbe occupationes, tanquàm sexcentorum malorum
causas, meipsum autem nondum derelinquere potui.

Equidem scribere ad te non sustineo præ pudore,
qui in hoc extremorum finium recessu interdium no-
ctiq; agito, tametsi enim urbicas occupationes pro
derelicto habui, ut sexcentorū malorum causas, me ta-
men nondum ipsum etiam habere pro derelicto quivi.

ἐγὼ δὲ) coniunctio δὲ, variè redditur, autem, uerò,
ceterum, porro, sed, tamen, imò, rursus, contra, quimpo-
tius, ut sententia postulat.

ἂν ἴποιω) ἂν articulus subiunctivus, neutri plura-
lis, pag. 88. μὲν est coniunctio, ποιῶ à ποιέω cit. Vers. 19.

cumflexum primæ coniugationis.

Vers.6. αὐτός) ipse, pronome aptum tribus personis, pag.87.
ἐπὶ τῷ ἑξατιᾷς) in solitudine, ἐπὶ cum genitiuo.

ἑξατιᾷς) ἢ ἑξατιά, Secunda declinationis, genitiuus τῷ ἑξατιᾷς per uocalem α, quod desinat in α purum. Cur aut scribatur Genitiuus ἑξατιᾷς per ᾱ circumflexum, notatum pag.137.

Vers.4. Interpres ἑξατιᾷς uertit, extremorū finiū recessu: significatur enim hac uoce prædia ab urbibus semota, recessus, & solitudo ab hominum strepitu remota, ab ἑξατ & extremus.

ταύτης) demonstratiuum, οὗτ & hic, αὐτὶ hæc,

Vers.21. Genitiuus ταύτης, pag.86.

Νυκτὸς & ἡμέρας) nocte & die, tempus collocatur in Genitiuo, pag.142.

Vers.11. tur in Genitiuo, pag.142.

Vers.2. Νυκτὸς) ἢ νύξ nox, τῷ νυκτὸς noctis, pag.14.

Quaquam in huiusmodi sat fuerit indicasse Nominatiuum, quo cōspecto, facillè cognouerit lector, quomodo Genitiuū & reliquos casus querere debeat, nō ignorans, quem ordinem in recensendis terminationibus obseruauerimus, de quo Codice B 3.

Vers.6. bus obseruauerimus, de quo Codice B 3.

ab imo. ἡμέρας) ἢ ἡμέρα, Secunda declinationis, Genitiuus τῷ ἡμέρας, quia exit in ρα.

ἡσάφω) Infinitiuus presentis temporis, ut τὸ πᾶσι, ab Indicatiuo ἡσάφω, quod cū sit thema, standum est, nec extra propositum inquirenda sunt reliqua tempora, Codice B 12.

Vers.8. liqua tempora, Codice B 12.

ἀιχάωμαι) ἀιχάω dedecoro, pudefacio, suffundo pudore, ἀιχάωμαι pudefio, erubescio, suffundor

B 14 pudore,

puđore, habes thema, nec longius angaris, ut reliqua rimeris tempora, sed hęc sistas.

Ceterum quę uerba passiuę uocis, ut est ἀιχάωμαι sint reuera uerba passiuę, quę autē deponētia & actiua carentia, lectione autorū, ut plerūq; alla, discendū est. Interpres γράφει ἀιχάωμαι uertit sic, scribere ad te non suslineo prę pudore, quod speciosius est & numerosius, quā si uerbum uerbo reddidisset, scribere erubescō, pro uno uerbo ἀιχάωμαι, id est, erubescō, substituit multa p̄ periphrasim, nō suslineo prę pudore. Quęadmodum autē rationes copię plurimū ualent, ad parandam uersionis elegantiam, ita & omnibus locis magno sunt usui, & itis potissimum medentur incommodis, quę adfert linguarum illa proprietates & phrasis. Proinde si quis expeditum & elegantem interpretem prestare studeat, sermonis ubertatē sibi comparet, & tanquam in numerato, positumq; ob oculos habeat quicquid Erasmus de hoc genere pręcepit, uir pręter alias dotes innumeratas, hac admiraculū usq; suspiciendus, quod ita Gręca in Latinū uertat, ut nullū gręcitatē uestigium appareat, idq; ea fide, ut nec sententię quid addat, nec detrahat: cumq; nihil minus spectet, quā ut totidē uerbis reddat, tamē incredibili quadam dexteritate plerūq; assequitur, ut citra sensus iacturam, dictionum tamen numero respondere uideatur: hoc credo maximē fretus, quod scribēdi usu iam meditatū habet, quomodo in quamuis faciem formanda sit oratio. Quod factum est, ut illius in

interpretationes, præterquàm quòd Græcaneas figu-
 ras nusquam redoleāt, hoc etiam eximium præ multis
 aliis sibi possint assumere, quòd tanquàm fontes Lati-
 ni esse credantur, non autem è Græcis fontibus hauri-
 ri. Sic uerò interpretem agere, & numeris omnibus
 interpretis fidem præstare, neque tamen altum quàm
 ipsum uideri argumenti autorem, id demum absoluti
 artificis est. Equidem pro mea tenuitate nõ possum do-
 ctissimos uiros in hoc negotio uersatos inter sese com-
 mittere, & de unoquoque censuram ferre, sed tamen
 omnibus candidatis linguæ Græcæ nõ dubito consiliũ
 dare, ut huius uiri uersiones diligentissimè perlegāt,
 excutiant, & imitari conentur. Alia in aliis eminent,
 neque omnia sunt in omnibus illustria, interpretem fi-
 delem, Latinum, & elegantem, facilem & commodum,
 in uariis periclitatum, nisi nobis exhibuit Erasmus, ne-
 mo unquàm est exhibiturus.

ἤραρον αἰχῶνομαι) Valde usitatus est Græcis
 Infinitiuus, ubi nos gerundiis utimur & supinis, ut di-
 Vers. 26. ximus Codice B 2. in uoce πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι, uerum
 & alioqui, quemadmodum apud Latinos, certa quæ-
 dam uerba gaudent Infinitiuo, ita & apud Græcos
 βούλομαι λέγειν, uolo dicere, οὐ τολμῶ ποιῆν,
 non audeo facere, &c. horum est hoc loco αἰχῶνο-
 μαι ἤραρον, erubesco scribere.

κατέλιπον) λείπω linquo, secund. Aor. ἔλιπον,
 Vers. 1. pagina 31. sic à καταλείπω composito, id est, dete-
 linquo, secund. Aorist. κατέλιπον, non κατέλιπον,

quia ἔλιπορ incipitur à uocali, pagin. 27.

Vers. 16.

μὲν) nusquā non obuia sunt hæ duæ cōiunctiōnes, μὲν quidem, δὲ uerò, ut imurq; ipsis diuidendi gratia, ut sententiam à sententia, membrum à membro discernamus, ac priorem locum uendicat sibi μὲν, posteriorem δὲ. Quamuis autē creberrimum sit δὲ, nullo præcedente μὲν: rarissimū tamen est μὲν, quin postea subdatur uel δὲ, uel alia quæpiam cōiunctio, quæ alteram sententiam cōtineat priori respondentē, ut cui sit uel affinis, uel diuersa: itaq; hoc loco prior sententia est, κατέλιπορ ἢ τὰς ἐν ἄσει διατρίβας, &c. subiungitur altera, ἐμαυτὸν δὲ ὄντων ἀπολιπερ, ἡδ' ὑνίθην.

Cæterum Budæus pro ἢ & δὲ, posuit tametsi, tamen, quæ duo minus Græcitatem sapiunt, quàm illa priora.

γοῦρ) enim, de hac cōiunctiōne diximus Codice B 1. Vers. 18. Et quæ præterea nobis denuò ac sæpius occurrēt, ea sat erit semel declarasse: uocis uerò significatū altera uersio faciliè monstrauerit, aut adhibitum Lexicon.

τὰς ἐν ἄσει διατρίβας) articulus τὰς afficit præpositionem cum casu, de quo Cod. B 5. in uoce τῶν μεθ' ἡμῶν βίον, uerti poterat, in urbe oblatas, aut datas: aut per relatiuū, quæ in urbe offerebātur, quæ in urbe mihi dabantur, quibus, cum in urbe agerē, inuolui & implicari solebam: nā hic sensus est, sed breuitatis studiosus, compendia dixit, urticas occupationes.

ἄσει) τὸ ἄσει, τὸ ἄσει & sine crasi, pagina 99. Da tuius uerò ἄσει crasim admittit, ἄσει, si non à Nominatiuo ἄσει, certè ab inusitato nomine Primæ decli-

nationis contractorū, τὸ ἄσος, τὸ ἄσεος, τὸ ἄσει ἄσαι, ut
 τείχεος, quemadmodum non solum dicitur δόρυ, sed
 τὸ δόρυος, τὸ δόρυος, δόρυος, τὸ δόρει δόρει, ut τείχεο.

δία τριβὰς, τριβω, secund. Aorist. ἔτριβον, composi-
 tum δία τριβω, secund. Aorist. διέτριβον: unde uer-
 bale ἢ δία τριβῆ, Secunda declinationis, Accusatiuus
 pluralis, τὰς Δία τριβὰς. Multa sunt uerbalia, quae
 seruant characterisicon secundi Aoristi, διέτριβον,
 ἢ Δία τριβῆ.

ὡς) tanquam, ut, ueluti, alia significata suo seruentur
 loco. Caueant uerò studiosi, ne uocabulorum signifi-
 cationes inquirant, quo tempore sunt in Grammaticis
 occupati praeciputionibus, qua in re plurimū saepenu-
 mero peccatur: deinde iactis fundamētis, ubi ad auto-
 rū lectionē sese contulerint, si nō aderit interpres, cō-
 fugiendum ad Lexicon, sed uerbi significatū illud mō-
 dō tractent, & quantū dabitur, in memoria reponant,
 quòd loco praesenti satisfaciatur: reliqua si fieri potest,
 ne legāt quidem, quòd si Scriptore probè sibi uideantur
 intelligere, uel uiua praepitoris uoce freti, uel fida
 alioqui adiuti interpretatione, stultū est à Lexicis pe-
 tere consilium, in quibus ut omnia tradatur planissimè
 etiam quae uocis usum prolatis exemplis ostendant, ta-
 men ietuniora minusq; uiuida sunt, neque tam penitus
 haerent, ut quae ipse tibi legendis autoribus paraucris.

μυρία) τὰ μυρία, multa & innumera, pro quo
 Latini sexcenta, numerus finitus pro infinito, Geniti-
 uis pluralis τῶν μυρίων.

κακῶν) ὁ κακός, ἢ κακὴ, δ' κακός, *malus, mala, malum*. *Gentivus plu. neut. gen. τῶν κακῶν malorum.*

ἄφορμάς) ἢ ἀφορμή, *Secundæ declinationis*, τὰς ἀφορμάς *Accusativus pluralis.*

ἐμαυτὸν) *meipsum, pronomem compositum, pa. 87. Versu. 11.*

ὄντω) *nondum, τῶν tanquam adiectio syllabica, sic μῆπω: ita apud nos syllaba dum, in nondum, necdum, quiddum, haudum.*

ἄελιπῆρ) *λείπω, secund. Aorist. ἔλιπον, Infinit. λιπεῖρ, sic à composito ἀπολείπω, secund. Aorist. ἀπέλιπον, Infinit. ἀπολιπεῖρ.*

ἠδ' αὐθιῶν) *δάμαμαι possum, uerbum deponens Secundæ coniuga. in μι à primitiuo δάωω, Futur. δάωσω, Præterit. Act. Δεδύνηκα, Pass. δεδάμμαι, δεδάμσαι, δεδύνηται. Aorist. prim. ἐδύνηθω, ὅ Atticè ἠδ' αὐθιῶν: mutant enim augmentum syllabicum in temporale, pag. 104. Nemo uerò miretur nos in rimando themate, aut formando tempore, multa proferre quæ non sint recepta, neq; enim quæ recepta, sint, recensemus, sed quomodo unumquodq; formetur.*

Vers. 19.

ἀλλ' ὁμοίός ἐμι τοῖς ἐν θαλάσῃ ὑπὲρ φθι κατὰ τὸν πλοῦν ἀπειρίας ἀπολλυμένοις καὶ ναυτιῶσιρ.

Sed similis sum in mari præ circa navigationem in experientia pereuntibus ὅ nauçantibus.

Similiterq; illis affectus sum, qui nauigandi insolentes, nausea perditè afflietantur.

ἀλλ' ὁμοιὸν) ἀλλὰ ὁμοίος, *apostrophos, pag. 7. Vers. 9. Vfus te docebit quæ uocales desint, ubi assidua lectio.*

Vers. 9.

ne didiceris ἀλλὰ non ἀλλό, & ita in reliquis. Budæus ἀλλὰ uertit q̄: nam hæc coniunctio uaria significat, nec tantum est aduersatiua.

ὁμοίός ἐμι) similis sum, rectè uertit similiter affectus sum. Tentabis ipse memor copia, num aliter quoq̄ reddi queat, ita nobiscum agitur, perinde res nostræ sese habent: & breuiter, quæcunq̄ uoces similitudinē æqualitatemq̄ significant, tibi in mentem ueniant, & quod optimum duxeris, id ponere licebit.

ἐμι) accentum hoc loco remittit in præcedentē dictionē, est enim Encliticum, pag. 139. Ceterū coniugationē huius uerbi substantiuū ἐμι habes pag. 112. sed q̄a hic præsens tēpus occurrit, id est, thema, nō est necesse ad reliqua descēdere tēpora, ut ante monuimus.

τοῖς & c. ἀπολλυμένων) inter articulum τοῖς, & participium ἀπολλυμένων, interseruntur aliquot particulae, de quo satis iam scriptum est in præcedentibus.

ἐν θαλάσῃ) in mari, præpositio ἐν cum Datiuo θαλάσῃ, cuius est nominatiuus ἡ θάλασσα Secunda declinationis.

ὑπὲρ τὴν πλοῦν ἀπειρίας) sic ordina, ὑπὸ τὴν ἀπειρίας, præ inexperientia, κατὰ τὸν πλοῦν circa nauigationem, uel in nauigatione: aut sic, ὑπὸ ἀπειρίας præ inexperientia, ἀπειρίας inquam, ἐν πλοῦν, quæ est circa nauigationem, uel inter nauigandum contingit, explicando articulum ἐν, ut maxime quadrat, nec est aliud ἀπειρία κατὰ τὸν πλοῦν, inexperientia circa nauigationem, quàm inexperien-

tia nauigandi, proinde interpretatus est totā hāc par-
ticulam duabus uocibus, nauigandi insolentes, capta
uoce, ut apud Comicum, quid tu Athenis insolens?

ὕπ) pr.e, cum Genitiuo, ὕπ) δ' ἔσ) pr.e metu.

Ἡ) τὸν πλῆσ) in nauigatione, circa nauigationem,
hoc est, inter nauigandū, praepositio cum Accusatiuo.

πλοῦσ) πλέω nauigo, hinc ὁ πλόος nauigatio, ut
ἀ ἔπω fit τρόπος, Codice B 6. in uoce τρόπσ. Con-
trahitur autem hoc nomen ὁ πλόος, πλοῦς, Accusa-
tiuus πλόου πλοῦσ), pagina 97.

Versu. 8.

ab imo.

Versu. 23.

ἀπειρία) πείρα experientia, inde ἀπειρ) inex-
pertus: nam α est ΣΡΗΤΙΚῶν μόριον, id est, priuatiua
particula, faciens ē Substantiuo Adiectiuum, quod rei
priuationem significet, μοῖρα pars, ἀμοιρ) ex-
pers, φόβ) metus, ἀφοβ) intrepidus: sic ἀ πῆρα
fit ἀπειρ) , unde substantiuum ἀπειρία φ) ἀπειρία
ας, Secundae declinationis, siquidem ab Adiecti-
uis in φ) fiunt substantiua in ια, κακός malus, κακία
malitia, ut notatum Cod. B 11. in ἐπαγγελίαις. Nec
tamen Analogia freti, conabimur quæuis à quouis de-
ducere, sed spectandus est autorum usus, magnus ma-
gnitudo non magnitas: contrā, pius, pietas, nō itē pie-
tudo, iustus iustitia, non iustitas, nec iustitudo: sic apud
Græcos φίλ) φιλία, amicus amicitia, non item κα-
λός καλία, pulcher pulchritudo.

Versu. 1.

ab imo.

ἀπειδυμένοις φ) ναυτικῶσι) pereuntibus φ) nau-
scātibus, pro quibus Budæus, qui nauisca perditē affli-
ctantur. Participium alterum mutauit in uerbū eiusdē

temporis, & relatiuum: deinde uocem unā duabus red-
didit per periphrasim, pro nauseare, afflictiari nausea:
pro altero participio ἀποδιδυμέοις substituit aduer-
bium perditē: aut contrā, pro ἀποδιδυμέοις, perditē
afflictiantur: pro ναυτιώσι, Ablatiuum nausea. Facta
mus periculum num alio quoq; pacto uertere liceat:
qui nausea pereunt, quos miserē cruciat nausea, qui
perditē nausea torquentur, quos perditē grauat nau-
sea, quos ad interitum usque nausea premit, qui perdi-
tē uexantur nausea, quos infestat & perdit nausea, quibus
nauseæ molestia perniciem adfert. Quanquam ista
partim liberiora sunt, quā pro officio interpretis, tā-
tūm ostendendam hoc modo uiam putauī, qua ratione
eruenta sint, quæ studiosis huius rei conducāt, ut ubi
dictionem latissimē pluribusq; uerbis explicauerint, ea
demum seligant, quæ compendio ad sententiam pro-
xime uideantur accedere.

ἀποδιδυμέοις) ὀδύω, compositum ἀποδύω, unde
de Actiuum in μι, ἀπόδύμι, Pass. ἀπόδύμαι per-
dor & perco, Participi. ἀποδύμευ & tertia declina-
tionis, Datiuus pluralis τοῖς ἀποδύμενοις, qui regi-
tur à nomine ὄμοι & : nam ut Latini, sic & Græci si-
militudinis adiectiuo tribuunt Datiuū. Et quod ad il-
la communia syntaxeos capita spectat, fermē idem ob-
tinet apud utrosque: quapropter in Institutionibus
nostris ista perquā paucis & carptim attigimus, &
quod discipulus iam in ludo Latino percepisset, id ne
cōmemorare quidē uolumus, rati nos operā perditu-

ros, si doctum & memorem admoneremus.

Ναυτιῶσιμ) ναυτιῶ, crasis ναυτιῶ. Particip. ὁ ναυτιῶν, & ναυτιῶντι, & ναυτιῶντι, crasis ναυτιῶντι, Dativus pluralis τοῖς ναυτιῶσι, reiectis literis ν τ ex Dativus singulari, pag. 18. Scribitur autem ναυτιῶσιμ per μ in fine, de quo pag. 26. & 102.

Vers. 19.

Vers. 19.

Vers. 14, 25.

οἱ τῶν μεγέθει τῷ πλοίου δυσχεραίνουσιμ, ὡς ποσὸν τὸν σάλον πρὸς χολμύον, ἢ ἀκῆθερ ἐπὶ τῷ λέμβῳ ἢ τὸ ἀκάτιον μεταβαίνοντες, πανταχοῦ ναυτιῶσι καὶ ἀποροῦνται συμμετέρχεται γὰρ αὐτοῖς ἢ ἀκῆθια ἢ χολμύ.

Qui magnitudine nauigii offenduntur, tanquam multam iactationem praeante, & illinc in lembum aut acatium transeuntes, ubiq; nauseant, & haerent, transgreditur enim cum ipsis molestia & bilis.

Namq; illi magnitudine nauigii offensi, tanq̄ uehemētius succutiētis, in lembū aut nauiculam cū transierint, sic quoq; nō secius à nausea laborāt, nimirum molestia ipsos ac bile quō transierint cunq; comitantibus.

οἱ) qui, Articulus subiunctiuus, pro quo Interpres nāq; illi, siquidē relatiua saepenumero causam indicāt. μεγέθει) τὸ μέγεθος magnitudo, τῷ μεγέθει, & τῶν μεγέθει, & per crasim μεγέθει, ut τείχεα, primae declinationis contractorum.

πλοῖσι) τὸ πλοῖον, & πλοῖσι, Tertiae declinationis.

Δυσχεραίνουσιμ) δυσχεραίνω indignor, indignanter fero, offendor, Dativus iungitur, tertia pluralis δὲ δυσχεραίνουσι, cui additur litera μ, de hoc pag. 26.

Vers. 19.

ὡς πολὺν τὸν σάλορ παρεχομένῳ) tanquam multam iactationem praebenti, qui Dativus refertur ad casum μεγέθη, indignatur navis magnitudini tanquam praebenti multam iactationem, id est, ut quae, siue quippe, quae praebet multam iactationem.

πολὺν) Accusatiuus Nominatiui πολὺς, de quo praef. 2. gina 102.

τὸν σάλορ) ὁ σάλος) Tertiae declinationis, iactatio in mari, undarum & fluctuum agitatio, quae dum in navim irruit, solent vectores huc atque illuc quassari, & in utraque navis latera protrudi.

παραχομένῳ) praebenti, efficienti. In eadem significatione plurima vel Actiue proferuntur, vel Passiue. horum est παρέχω & παρέχομαι praebere, participium ὁ παρέχόμενος. Scitè interpres pro παρέχεις, σάλορ, id est, praebere & efficere iactationem & agitationem, usus est verbo succutere. Navis proprie succutere, aut quod receptius est, succussare dicitur equus, qui sic graditur, ut sessorem concutiat, & equus ipse succussor appellatus est, & succussarius à succussatione, hoc est, eiusmodi agitatione. Itaque id verbi ad turbulenta navigationem accommodavit, quoties in vasto navigio vector haud aliter concutitur, atque sessor à succussatore. Accusatiuum autem πολὺν expressit adverbio uebementius, παρεχομένῳ πολὺν τὸν σάλορ, praebenti multam iactationem, mutavit in uebementius succutientis, quanquam si anxie superstitiosi esse uolumus, ut tendum est non succutientis, sed succutiēti: par-

incipium enim πρῆχομένου tribuitur Dativus, μετέδρα, non Genitivus πλοίου, nisi forte Budæus Genitivum legit πρῆχομένου πλοίου, succutientis navigii, non autem μετέδρα παρεχομένου, magnitudini succutienti. Boni consulat lector curiositatem, quæ quum tam pulchre constet sensus, dubio procul iniqua foret, nisi nobis propositum esset etiam in minutissimis adiuuare discipulorum studia, eorumque hæsitantiæ sic mederi, ut quasuis amoliremur remoras.

κᾶκᾶδρα) crasis pro ἐκᾶθεν & illinc, pag. iii. Vers. 18.

ἐπὶ τὸν λέμβον) ἐπὶ præpositio, ὁ λέμβος Tertia declinationis.

ἢ τὸ ἀκάτιον) ἢ aut, hæc litera uaria significat, ut variant illius spiritus & accentus.

τὸ ἀκάτιον) genus est nauicula piscatoriæ.

μεταβαίνοντες) part. plur. à μεταβαίνω transeo.

πανταχῶς ναυτιῶσι) πανταχῶς ubiq; ναυτιῶω nauiseo, tertia plu. ναυτιῶσι, per crasim ex ναυιάουσι: hic autem uerbum est ναυτιῶσι, supra uerò participium Dativi plur. qui uoce consentit cum tertia plurali, pa. 81. Vers. 7

ἀπορῶντη) ἀπορέομαι hæreo, perplexus sum, Tertia plur. ἀπορέοντη, crasis ἀπορῶνται, ut ποιῶντη.

συμμετέρχεται ᾧ αὐτοῖς) simplex ἔρχομαι, compositum ex μετὰ, μετέρχομαι, deinde altera præfigitur præpositio σὺν, nec tamen dicetur συμμετέρχομαι, sed συμμετέρχομαι, migrante u in μ, ut Codice B 3. in uoce ἐμποιῆσαι, tertia persona singularis συμμετέρχεται, ut τύπεται. Vers. 6

Vers. 23. Composita uerò ex οὐρ gaudent Datio, pag. 142. sic hoc loco συµµετέρχεται αὐτοῖς, cum eis transit, nisi ineptire uelis & dicere contrasit eis, pro eo quod est, unà aut pariter cū eis transit. Budæus uertit quod transierint cunq; comitantibus, per Tmesim, pro quocunq; transierint comitantibus.

Mutauit quoq; Interpres orationis faciem, dum in locum uerbi cum coniunctione causali, substituit Ablatiuum, pro nam comitantur, dixit comitantibus: propterea quod ablatiui absolutè positi crebro causam reddunt, unde & particulam adiecit, nimirum.

ἀνόδια) ἀνόϊς molestus, iniucundus, ἀνόδια molestia. Suidas interpretatur ἀνοξιζία, id est, si ita loqui liceret, inappetētia, quum stomachus destituitur appetitu quod iis cōtingit, qui nauigatiōis impatiētes nauiseāt.

χολῆ) bilis, & pro ira capitur, unde præcessit δυσχολίως, indignantur, stomachantur, offensi sunt. Obseruabis hoc loco, nō pertinere ad Interpretem, ut periodi, membri, aut incisi rationē habeat, sed ut cunq; uisum erit, aut structuræ Græci sermonis omni ex parte respondeat, aut periodum in membrum, membrum in incisum redigat, aut cōtrā geminam periodum transferat in unā. Verbi gratia, Budæus si exactè singula tantum spectasset, ac non potius uniuersam sententiā animo cōcepisset, tres absoluisset, ut habet Græcus, periodos, hoc modo: Nāq; illi magnitudine nauigii offenduntur, tanquam uehementius succutientis. Deinde in lembum aut nauiculam quum transilierint, sic quoq; non

secius à nausea laborant. Nam molestia ipsos ac bilis quò transierint cunq; comitantur. Vides hic tria esse pronütiata, quæ tribus absoluta sunt uerbis, offenduntur, laborant, comitantur, perinde atq; in Græcis tres periodi totidem constant uerbis, δουχλαίνουσι, καιλύουσι, συµµετέρχετι, quæ tria ad unicam translata sunt periodū, uultu sermonis nonnihil immutato, quòd duo uerba δουχλαίνουσι & συµµετέρχετι reddit per participia, offensi & comitantibus.

Atq; hæc uariandi figura, iacenti alloqui & frigenti orationi mederi solet: quandoq; enim Græca recte habent multis distincta periodis, ubi Latinus scriptor minus acris erit, nisi membrorū & incisorū potius feratur multitudo, q̄ clausularum: est rursus ubi contra fieri præstite. it, ut plausibiliores sint multæ sententiæ paucis grauatæ mēbris, q̄ periodus iusto prolixior & obscurior, quæ omnia is demū esse poterit, quisquis et optimos quoq; interpretes pressius excusscrit, & ipse quoq; sese in uertendis Græcis exercuerit, idq; nõ oscitanter ac citra iudicium, sed tanq̄ in promptu positæ rationibus, quot tandem modis singula uerti queāt, quoue pacto uerbum nunc Participio, nunc adiectiuo reddatur: Participium interdum Verbo, interdū Nominē: oratio Actiua in Passiuam conuertatur, aut cōtrā, & ita in cæteris omnibus ad manū sit uariādi forma.

τοῖς ἴστορ οὐὼ τι κὶ τὸ ἡμέτερον, τὰ γὰρ ἔνοι-
κα πᾶν συμπεριφέρουτες, πανταχοῦ μετὰ τῶν ὁ-
μοίωρ δορυβωρ ἔσμερ, ὥστε οὐδεὶς μέγα φηί ἐρε-
μίας

μίας ἀπὸ τῶν ἀμεθεῶν ταύτης.

Tale igitur quiddam & nostrum: nam domesticas perturbationes simul circumferentes, ubiq; cum similibus tumultibus sumus, itaq; nihil magnum solitudine lu crati sumus hac.

Huiusmodi igitur quiddam nobis contigit, qui domesticas perturbationes quoquò circūferētes gentiū, ubiq; locorum perinde uersamur in tumultu, quare nō magnopere adiuti sumus ab hac solitudine.

Vers. 27.

τοῖς ὅροις) tale, neutrum in op, de quo pag. 90.

οὐκ) igitur, ergo, cōiunctio nunc illatiua, nunc con tinuatiua.

Vers. 16

Vers. 24

τι) quiddā, neutrum ab infinito nomine τῶν τινός, de quo pag. 16. destituitur autē proprio accentu, quod sit Encliticum, de quo pag. 139. nec tamē ipsum remittit in præcedentem dictionem οὐκ: nulla enim syllaba geminum sortitur accentum, igitur οὐκ τι scribendum unico accentu, at in σὺ μά τι duplex est: syllaba nanq; μα proprium nullum habet, ideoq; locum tribuit accentui particulae τι: quod si dictionem Encliticā præcesserit syllaba proprium accentum possidēs acutum, isq; ob consequentiam migret in grauem, ut θεός τι οὐκ φιλεῖ, rursus reponetur acutus, si Encliticum proprio destitueris, θεός τινα φιλεῖ, non autem θεός τινα φιλεῖ.

©) &, etiam, quoque, uerti posset, huiusmodi igitur nobis quoq; cōtigit, nisi quod in multis locis abundat, de quo uide Commentarios Budæi, in quibus plenif

ἴμῃ docet usum partium orationis indeclinabilium.

τὸ ἡμέτερον) nostrum, pronomen possessiuum, huiusmodi, inquit, quiddam etiā nostrum, subaudi, est: crebro enim uerbum substantiuum intelligitur, quum alioqui apertus est sensus. Capitur autem nostrum substantiuē, id est, res nostra, siue negotium nostrum, pro quo Interpres dixit, nobis contigit. Liceat tibi quoque sic uertere: ad hunc igitur modum nostræ quoque res sese habent, neque uerō aliter nobiscum agitur, in huiusmodi igitur statu res nostræ quoque sunt sitæ, ad eundem rerum statum nos quoque redacti sumus, eodem nimirum fermē loco res quoque nostræ consistunt, &c.

ἔνοικα πᾶσι) domesticas perturbationes, οἶκος) domus, ἔνοικος) domesticus, quasi dicas, in domo existens. Plurima uerō præpositionū adminiculo formantur adiectiua, aut quæ tanquam adiectiuē capiuntur, cuiusmodi sunt ea quæ officiū aliquod significant, aut functionem, & muneris alicuius administrationē, quarum quidem nominum tanta est copia, ut nulla sint Lexica numerādis omnibus absoluta. Quū sint enim Græci in omni cōpositionis genere felicissimi, nec tam arctis conclusi spatii ut Latini, nullus unquam futurus est modus, qui nouis concinmandis uocibus statuatur, sed pro re nata, et licuit semperque licebit scitæ compositione recens & nuper exorta signare.

πᾶσι) τὸ πᾶσι) Primæ declinationis contractorum, τὰ πᾶσι) Plur. τὰ πᾶσι) & per cras. πᾶσι).

συμπεριφέρει) Si Latinis æqualis permittitur

tur audacia, uerterent cōcircunferētes, sed aures non ferunt. Itaq; quoties istiusmodi occurrunt, quæ ad uerbum commodè & uenustè reddi non possunt, ut sermè contingit in Græcorum compositionibus, spectare conuenit sententiam, & illam uerbis assequi uel diuersissimis: uim præpositionis σὺρ sic exprime, unà nobiscū circunferētes: nam quod addit Interpres, quoquò gentium, non ad significatum præpositionis facit, sed totī sententiæ seruit & ornatui.

συμπεριφέρωντες) φέρω fero: adde præpositionē περι, περιφέρω: præfige alteram præpositionem σὺρ. sed migret v in μ: συμπεριφέρω: unde participium συμπεριφέρων, & συμπεριφέρωντ & plurale οἱ συμπεριφέρωντες.

μετὰ ὁμοίων δογύβωρ ἐσμὲρ) cum similibus, hoc est, eisdem tumultibus sumus: pulchrè Interpres, perinde uersamur in tumultu. Genitiuū ὁμοίων expressit aduerbio perinde: μετὰ δογύβωρ dixit in tumultu: pro uerbo ἐσμὲρ, posuit uersamur.

ὁμοίων θογύβωρ) Nominatiuus singularis ὁμοίος Δόγυβ & Tertiæ declinationis.

Vers. 13 ἐσμὲρ) sumus, ab εἰμι sum, pag. 112.

ὥστε) itaq; quapropter, quare.

Vers. 17. οὐδὲρ) nullum, nihil, ab οὐδεῖς, pag. 15.

Vers. 7 μέγα) neutrum à μέγας, pag. 102.

ἐρημίας) ἡ ἐρημία, & ἐρημίας, Secunda declinationis.

Vers. 21 ταύτης) Nominat. αὐτῆ: Genitiuus ταύτης, pa. 86.

ἀπὼνάμεθα) tolle præpositionem ἀπὸ manet simplex ὠνάμεθα pro ὠνησάμεθα per syncopen, ut scriptimus pagin. 124. igitur ὠνάμεθα est Aoristus primus medius pro ὠνησάμεθα, cuius singulare ὠνησάμελλω, ab Aoristo Ἀέτιο ὠνησα, Futur. ὀνήσω, præsens ὀνέω per ο, quod ratione augmenti uertebatur in ω. Caterum dum huiusmodi ratione uerborum themata querimus, nihil nos offendat, quod per quæ decurrimus tempora, crebrò sint inusitata: nec enim hoc hic agitur ut sciamus, receptum thema ne sit ὀνέω, an potius uerbum in μι, ὀνημι, tantum paratur uia quæ temporum formationes demonstrat.

ὁὐδὲρ μέγα φθι ἐρημίας ἀπὼνάμεθα ταύτης) gaudet hoc uerbum Accusatiuo cum Genitiuo. Accusatiuus significat fructum & emolumentū quod percipimus. Genitiuus autem id unde fructus proficiscitur. Idē sit in uerbo ἀπὸ λαύω. Lucianus quodā loco utrūq; usurpauit, τί μὲ γὰρ, inquit, σὺ ἀπολαύσεις φθέρων, τίδ' ἂν ἀπόναιντω τοῖς σὺ κάλλους αἱ βόες; quemnam fructum percipies ἐ montibus? quid uerò boues consequantur emolumentū ἐ tua pulchritudine? Interpres pro Accus. ὁὐδὲρ μέγα, posuit non magnopere aduersarialiter, nō magnopere adluti sumus ab hac solitudine

ἂ μέντοι ποιήμ ἔδθα, καὶ ὁδερ ὑπῆρξερ ἡμῖν ἢ ἰχθῶν ἔχεσθαι τῷ πρὸς σωτηρίαν καθήκοντα μένου (εἰ τις γὰρ φησὶ δέλει ὀπίσω μου ἔλθθμ, ἀπαρηκσάσθω ἑαυτὸν καὶ ἀράτω τὸν σαυρὸν αὐτοῦ, & ἐκολουθεῖτω μοι) ταύτῃ ἐσὶμ. ἔν ἡσιν

Χία ἢ πνοῶν ἔχου περιεῖλαι προσίκη.

Quæ uerò facere oportebat, & unde licuit nobis uestigiis hære ad salutem præiūtis (si quis enim, inquit, uult post me uenire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, & sequatur me) hæc sunt: in quiete mentem habere conari conuenit.

At uerò quæ facta à nobis oportuit, undeq; auspicandū fuit ei, qui uestigiis hære uoluit, eius qui nobis salutis uia præiuit (si quis, inquit, pone me uenire uult, abiuret semetipsum, & tollat suā ipse crucem, & sequatur me) hæc ferè sunt. Iam primum mentem pacatam habere conueniebat.

μέντοι) at uerò, uerūm, aduersatiua coniunctio, hoc loco respondet coniunctiōni Ἄ, quæ multo ante præcessit, ἃ μὲν τοῖω αὐτὸς & c. nam post Ἄ, ut scripsimus Codice C 1. in uoce μὲν, ferme sequitur δέ, aut alia quacuis coniunctio, posteriori sententiæ aut membro seruiens. hic prior oratio ubi ponitur μὲν, statum rerū Basilii continet: altera quæ effertur per μέντοι, declarat quid ipsum agere conueniebat.

Verf. 4. ποίη) Infinitiuus à uerbo ποιέω, ποιῶ, pag. 51.

Verf. 22. ἔδει) oportebat, impersonale δέ oportet, pag. 123. finge uocem personalem, & cape tertiam personam, δέω, δέει, δέει, & per crasim δεῖ. Imperfectum ἔδει, ἔδει, ἔδει, crasis ἔδει: est enim impersonale Actiue uocis.

ὅθεν) unde, è quibus, aduerbium.

ὑπὸ ἕξει) simplex ἄρχω, Futur. ἄρξω, Aorist. prim.

ἤρξα, compositum ὑπάρχω, Fut. ὑπάρξω, Aor. pri. ὑπῆρξα, ὑπῆρξας, ὑπῆρξε, quod uerbū Infinitiuo iunctum tanquam impersonaliter accipitur, pro contingit, licuit, euenit, ὑπῆρξεν ἔχειδ' licuit hærere, fortè Basilus scriptū reliquit ὑπῆρξεν ἄρ, id est, licuisset. In exēplari Aldino deest hæc uox ὑπῆρξεν: sed tantū excusum est ὄδεν ἡμῖν ἢ ἰχνῶρ ἔχειδ', unde nobis uestigiis hærere, quod nescio an secutus sit Budaus, interpretatus in hunc modū, unde q; auspicandum fuit ei, qui uestigialis hærere uoluit, &c. quasi quippiam subaudiendum putarit ὄδεν unde, & è qua re, subaudi proficiscitur ἔχειδ' ἢ ἰχνῶρ, hærere uestigiis: quanq̄ alioqui ab his auspicari conuenit, unde licet rem assequi.

ἡμῖν) nobis, Datiuus pluralis ab ἐγὼ, pag. 86.

Vers. 4

ἰχνῶρ) Genitiuum esse pluralem indicat articulus ἢ, sed quam quiuis Genitiuus pluralis desinat in ωρ, et articulus ἰχνῶ sit omnis generis, aut præceptore opus est, aut Lexico, ut discas Nominatiuum esse ἰχνῶ uestigium, primæ declinationis contractorū, τῶ ἰχνέω, ἰχνῆω, crasis ἰχνῶρ.

ἔχειδ') Infinitiuus ab ἐχομαι hæreo, postulat Genitiuum.

πρός σωτηρίαν) ad salutem, σωτήρ seruator, ἢ σωτήρ, unde ἡ σωτηρία salus: nam quemadmodum à Nominatiuis in ω sunt substantiua in ία, κακός ἢ κακία Codice B. in uoce ἐπαγγελίας: ita & à genitiuo desinente in ω quandoq; huiusmodi sunt nomina in ία, ut τῶ σωτῆρος, ἡ σωτηρία Secunda decl.

Vers. ult.

καδικησαμένου) Genitiuus est. Ordo est: ἔχεις ἰχνῶρ τῷ καδικησαμένου πρὸς σωτηρίαν, hærete uestigiis eius qui præiuit ad salutem: Nominatiuus ὁ καδικησαύμω, participium à primo Aoristῷ medio καδικησαύμω, primus Aoristus actiuus esset καδικησα, Futur. καδικησῶ, præsens καδικέω: uerum solum est receptum in uoce passiuæ siue mediæ καδικέομαι, stasis καθηκούμαι, Primæ coniugationis circumflexorum: tamen quoties hæc uerba deponētia siue cōmunia sunt excutienda, formabimus omnia tempora mōre actiuorum & passiuorum, quamuis nō sint recepta. ideoq; à καθηκούσῶ sursum ascendemus ad præsens usq; καδικέω, sed Lexicon docebit tantū receptum esse καδικέομαι, quod est compositum ab ἠγέομαι: nam ἠτλ̄ perdit ultimam α, quia uerbum incipitur à uocali, quæ quōd sit aspirata, mutatur τ in θ, καθηκέομαι, non κατηκέομαι.

Cæterum deponentium uerborū tempora quædam fiunt ut in passiuis: quædam ut in mediis, quod usu magis discas quàm præceptis.

Est autē καθηκούμαι, idē qđ præσο, præceptor sum, hinc καδικημῶρ autor, præceptor, qui rē instituit.

ἔι (εἰ) si quis, τῖς aliquis, Encliticum est, & accentū remittit in præcedentem syllabam εἰ, quæ ex se accentum nullum habet, cuiusmodi et alia scripsimus p. 139

γὰρ φησὶ) φημί dico, tertia persona φησὶ, pag. 116.

estq; ex Encliticis, et accentu destituitur, p. 139. Est autem locus quē citat Basilus, Luca cap. 9. nisi quōd

Vers. 22

Vers. 26

Vers. 26

Ἰδι additur hæc particula, καθ' ἡμέρας, id est, quotidie
 Δείλω) uult, prima persona Δέλω uolo.

ὀπίσω μου) post me, aduerb. est cū Genitiuo: Graecorum quædam aduerbia per præpositionē reddimus.
 μου) Genitiuus ab ἐγώ, destituitur accētū tanquam Encliticum.

ἐλάθην) ἐλεύθω, secundus Aoristus ἠλθοῦσιν, syncore
 ἠλθοῦσιν, Infinitiuus ἐλάθην, pag. 107.

Vers. 5.

ἀπαρνησάμενος) tolle præpositionē ἀπό, manet ἀρνησάμενος. Aoristus primus medius Imperatiui, ut τυψάμενος, secunda persona ἀρνησάμενος, ut τυψάμενος, Indicatiuus ἀρνησάμενος, Aorist. primus actiuus esset ἠρνησα, Fut. ἀρνήσω, præsens ἀρνήω, sed receptum est deponens ἀρνηέομαι: inde ἀπαρνηέομαι abnego.

ἐαυτόν) semetipsum, pronomen compositum, pag. 87

Vers. 11.

ἀράτω) αἴρω tollo, Fut. ἀρῶ, Aorist. prim. ἤρα, Imperatiuus ἀρατω ἀράτω, ut τυψομαι, τυψάτω.

σταυρόν) ὁ σταυρός crux, tertie declinationis.

αὐτόν) ipsius, crebro reperies αὐτόν pro αὐτῷ, quod per aphæresim dicitur pro ἐαυτῷ, pag. 88.

Vers. 2.

ἀκολουθεῖτω) ἀκολουθέω sequor, Dativum regit, pag. 142. Imperatiuus ἀκολουθεῖτω, ἀκολουθεῖτω, ὅτι per crasim ἀκολουθεῖτω, ut ποιεῖτω ποιεῖτω, pag. 52.

Vers. 18.

Vers. 16.

μοί) Dativus ab ἐγώ, ex Encliticis est, accentu carens.

ταῦτά ἐστιν) ταῦτα hæc, neutrum plurale pronominis οὗτο, pagina 86. Iungitur uerbo singulari, pagina 140.

Vers. 18.

Vers. 17.

Vers. 6

ἔστι) est tertia singularis ab ἐμί sum, pag. 112. est ἔξ ex Encliticis. Scribitur autē ἔξ per ῥ more Attico, qui personis in iota finitis addunt ῥ: siue sequatur uocalis, siue consonās, siue absoluta sit sententia, siue nō, idē receptissimum in Ecclesiasticis scriptoribus.

ἔξ ἡσυχίᾳ ἔχειν) ἔχω habeo, Infinitiuus ἔχειν habere, ἔξ ἡσυχίᾳ in quiete, pro quo Budæus pacatam habere, ἡσυχία quies, secundæ declinationis, Datiuus ἡσυχίᾳ per α diphthongum impropriam: ἔξ in, præpositio iuncta Datiuo ἡσυχίᾳ.

ἔξ ἡσυχίᾳ) Accusatiuus, Nominatiuus ὁ ἡσυχίᾳ, crasis

Vers. 23. ἡσυχίᾳ, pag. 97.

πειράσθαι) πειράζομαι nitior, conor, tento, secundæ coniugat. circumfl. Infi. πειράσθεσθαι, crasis πειράσθαι.

προσῆκει) conuenit impersonaliter, Præsentis temporis, ἀ πρός ἔξ ἡκω, compositum προσῆκω conuenio. Budæus imperfecto reddit, iam primum, inquiring, mentem pacatam habere conueniebat, pro quo Græcus dixit, ἔξ ἡσυχίᾳ τὸν ἡσυχίᾳ ἔχειν πειράσθαι προσῆκει, hoc est, uerbum è uerbo, in quiete mentem habere, conari conuenit, ordo est, conuenit conari habere, id est, ut habeas, aut, ut habeat quis mentē, &c. Magnus est enim usus Infinitiuus Græci, ἔξ sæpenumero commodè redditur per Optatiuum præcedente particula ut, aut alia simili. Cæterum nos docendi gratia rudius uertimus quòd per omnia discipulo satisfaceremus. Neque uerò miretur, si inter Græca nihil respondeat illi, iam priuam, nec interpretem damnet, quasi infinitiuū πειράσθαι

N, neglexerit. Latinis auribus ille inseruiuit, & sensum bona fide reddidit. Verum iam deinceps in istiusmodi uersionis siue libertate, siue autoritate, non multum immorabimur, sed Budæi doctissimam interpretationem tantum adscribemus. Vbi enim singulorum uerborum themata commonstrata fuerint, & Grammaticas minutias exacte peruestigauerimus, faciliè quiuis iudicio ipse suo consequetur, quid Interpres, aut prudens adiecerit, aut securus trāsmiserit, quorū utrunq; quantum permissum sit, fidoriam Interpretum scripta docebunt. Nunc quo cœpimus proposito, has Meditationes absoluamus. De Interpretandi ratione aliàs fortè, & copiosius dicemus.

ὡς γὰρ ὀφθαλμῶν περιγόμενον συνεχῆ, ἔννυρ
 ἢ ἐπὶ τὰ πλάγια περιφρόμενον, νῦν δὲ πρὸς τὰ
 ἄνω καὶ κάτω πυκνὰ μεταστροφόμενον, ἰδέσθαι ἕνα
 εἰς οὐχ ὁἷον τι, ἀλλὰ χρὴ προσερεῖσθαι ἕνα πλὴν ὄψιν
 ἕνα ὄρωμένον, εἰ μέλλοι ἕνα γῆ αὐτῶ ποιῆσαι τὴν
 δέξασθαι οὕτω ἔνοῦν ἀνδρώπου ὑπὸ μυρίων τῶν
 κόσμου φροντιστῶν περιελκόμενον, ἀμύχανον ἕνα
 γῶς ἕνα πένισσαι τῆ ἀληθείᾳ.

*V*t enim oculum circumactum absidue, & nunc quidem in obliqua circumlatum, nunc uerò ad superna & inferna identidè reuersum, cernere euidenter nō possibile, sed oportet affixum esse obtutum uiso, si futurus sit euidentem ipsius facere conspectum: sic & mentē hominis ab innumeris in mundo curis distractam, difficile euidenter intendere ueritati.

Vt enim oculus cōtinuo circumactū uersatus, et nūc
 borsum illorsumq; deflexus, nūc sursum deorsumq; ere
 ctus, uicissim ac depressus, exactē cernere nequit, sed
 obtutu incumbere in rem uisam eum oportet, siquidē
 conspectum rei perspicuum facturus est: hunc in modū
 mentē humanā sexcentis mundi curis distractam, eui
 denter cernere ueritatem uix est ut cuenire possit.

ὡς γ) ut enim, respondet ei quod sequitur οὐ
 τω sic.

ὀφθαλμῶν) oculum, ὀφθαλμός Tertiae decl.

περιηγόμενον) Accusatiuus participii praesentis
 tēporis, Nominatiuus ὀ περιεγόμενος, à passiuo περι
 ἄγωμαι, Actiuū περιἄγω circumago, circumduco, uer
 so, à περι ὄ ἄγω: nec abicit περι uocalem, licet uer
 bum ἄγω incipiatur à uocali, pag. 27.

Verf. 21.

συνεχῶς) συνεχῶ continuo, inde συνεχῆς conti
 nuus, primae declinationis contractorum, ἤ συνεχέος
 ἤσιν συνεχέω, crasi συνεχῶ, ὄ ἢ in σ conuerso, fit
 aduerbium συνεχῶς, quasi dicas continenter, qua uoce
 Caesar utitur pro assidue, ὄ citra intermissionem: con
 tinenter bellum gerere. De huiusmodi aduerbiorū for
 matione, pa. 89. Pro περιεγκόμενον συνεχῶς, Budaeus

Verf. 2

ab imo.

habet, continuo circumactū uersatus.

Ἐνῦν μὲν) ὄ nunc quidem, ἔνυ aduerbium tem
 poris.

ἐπὶ τὰ πλάγια) in obliqua, neutrum pluralē Accu
 satiui casus, Nominatiuus singularis ὀ πλάγιος obli
 quus, transuersus, Tertiae declinationis, pro ἐπὶ τὰ

πλάγια, *Budæus* horsum illorsumq̄.

περιφερόμενον) φέρω, *compositum* περιφέρω, *Pass.* περιφέρομαι *circumferor*, *Participium* ὁ περιφερόμενος *Tert. decl. Accusatiuus* ἄρ περιφζόμενον.

πρὸς τὰ ἄνω (C) κάτω) *sursum ac deorsum*: ἄνω *Aduerbiuum*, *sursum*, *suprà*: κάτω *deorsum*, *infra*. *Aduerbiis* articuli redduntur in quouis genere & numero: *sensusq̄* redditur *Latinè* per conueniens aliquod *Participium*, aut aliam quampiam uocem, quæ maximè quadrat, ὁ ἄνω, qui *sursum* uersatur, τὰ ἄνω *sursum* sita, τὰ κάτω *deorsum* posita, πρὸς τὰ ἄνω ad ea quæ *sursum* consistunt.

πρὸς) *prepositio* iuncta est *Accusatiuus* τὰ ἄνω.

πυκνά) *neutrum* plurale ab *adiectiuis* πυκνός *densus*, *frequens*: *neutra* uerò *adiectiua* in utroq̄ numero tanquam *aduerbia* scunt: πολλὰ *multum*, sic πυκνά *frequentè*, pro quo *Budæus* uicissim, id est, *identidem*, crebrò, per *interualla*.

μετασσερόμενον) *Accusatiuus* est, *Nominat.* ὁ μετασσερόμενος, *Participium* *presentis* tēporis à *Pass.* μετασσερόμαι, *Actiuum* μετασσερω *cōuerto*, *reuersto*, à μετὰ & σέρω, pro πυκνά μετασσερόμενον, id est, *frequentè* *conuersum*, *uertit*, *erectus* uicissim *ac* *depressus*, nam πρὸς τὰ ἄνω μετασσεφέω, i. *sursum* *cōverti*, nō aliud est q̄ *erigi*: cōtrὰ πρὸς τὰ κάτω μετασσεφέω, *deorsum* *conuerti*, tanq̄ est *deprimi*: id uerò per uices cōtingit sibi *mutuo* *succedētes*, ideo πυκνά μετασσεφέω dixit, uicissim *erigi* *ac* *deprimi*.

Vers. 19.

ἰδῆν) *uidere*, Infinit. sec. Aorist. pag. 125. in ἰδῶ,
 εἰσπρῶς) *manifeste, euidenter*. Aduerbiū factum à
 Genitiuo plurali εἰσπρῶν. Nominatiuus ὁ ἰδῶ ἢ εἰσπρῶ
 ἴς, Primæ declinationis contractorum.

οὐχ) *non*: οὐ ante consonantem, οὐ ποιήσω, οὐχ ante
 uocalem tenuem, οὐκ ἐποιήσα: οὐχ ante aspiratam
 οὐχ ἄπας.

διδόντε) διδόντες, potēs, possibilis, quod nomē Ionico mo
 re capit parelcon τε, διδόντε, neutrum διδόντε.

Vers. 17.

χρει) *oportet*, impersonale, pagina 135.

προσθεῖναι) simplex ἐθειδῆναι, ut τυφθῆναι,
 Aoristus primus passiuus Infinitiui modi, Indicatiuus
 ἡθειδῆναι, tertia persona præteriti passiuī ἡθεισαι, pri
 ma persona, ἡθεισμαι, Præt. Acti. ἡθεικα, Futu. ἐθεισω.
 Præsen. ἐθειδῶ, id est, firmo, figo: προσθεῖδῶ applico,
 affigo, προσθεῖδῶναι τῷ ὀφθαλμῷ, affigi oculus, siue
 aspectum applicari.

τῷ ὀφθαλμῷ) ὀφθαλμομαι *uideo*, præt. ὤμμαι, secunda
 persona ὤμαι, hinc ablato incremento uerbale fit ἢ
 ὀφθαλμῷ, ὀφθαλμῶ, τῷ ὀφθαλμῷ, Secunda declinationis con
 tractorum.

ὄρω μὲν) *ei quod uidetur*, ὄρω *uideo*, ὄρομαι
uideo, crasis ὄρωμαι Secunda coniugationis circumfl.
 partici. ὄρωμενος, Datiuus τῷ ὄρωμενω, pro quo Bu
 daeus dicit, rem uisam. Nam huiusmodi participiis præ
 teriti temporis sæpius abutimur, & ad significationē
 præsentis accommodamus, quod Latini non habent par
 ticipium præsens à uerbo passiuo. Quanquā & Græc.

ci & Latini participia crebrò solēt usurpare, non habita ratione temporis, sed significati, ut rem uisam dicamus non eam solū, quam tēpore præterito uidimus, sed omne id in quod oculus officio suo fungi potest: sic Græci τὸ ὄρωμενον participio præsentis temporis appellant, quicquid cerni potest, siue nunc in præsentia cernatur, siue antea cōspicuum fuerit, licet iam lateat, neq; appareat, hoc est, τὸ ὄρωμενον, & uisum pro obiecto uisus, ut Physici loquuntur, accipimus.

ἐἰ) Si, Coniunctio hīc posita cum Optatiuo μέλλοι.

μέλλοι) Optatiuus ut τὴν πῶν, Indica. μέλλω, quod uerbum peculiariter gaudet Infinitiuo, solentq; Latini hanc phrasim reddere his uerbis, futurū est ut, μέλλω ποιῆσαι, futurum est ut faciam: μέλλω γράψαι, futurum est ut scribam: μέλλω τὴν ψαῖ, futurū est ut uerberē, cuiusmodi planè eadem sunt cū futuris, faciam, scribam, uerberabo, sed uocum usus est obseruandus. Nos rudiū ducentes rationem, pro μέλλοι diximus, futurus sit.

ἐναργῆ) ὁ ἢ ἡ ἀργῆς, Prima declinationis contractorum, τὸ καὶ φησὶ ἐναργέσθαι, τὸν καὶ τὴν ἐναργέα, crasis ἐναργῆ, id est, euidentem, manifestum, aut ut Budæus, conspicuum, hic capitur in genere fæminino, eius substantiuum δέσπ.

ἀὐτὸς) ἑαυτὸς ipse, pagina 87. neutrum αὐτὸ, Geni. Vers. 6. tiuus αὐτῶ, refertur ad ὄρωμενον Datiuum neutrum. Budæus habet pro αὐτῶ Genitiuum rei, quia ὄρωμενον uertit rem uisam.

ποιῆσαι) Infinitiuus à ποιέομαι, pag. 55. & in uo. Vers. 19.

ce passiva capitur actiue, ideoq; regit Accusatiuum
 Vers. 12. ἀ τεργο, τὴν δέαρ, uide Codice C 8. in πρὸς χομένω.

δέαρ) ἢ δέα aspectus, uisus, at ἢ δεὰ dea, utrumq;
 Secūda declinatiōis, Accusatiuus ἀ θεά est τὴν θεάρ.
 οὔτω) sic, ante consonantem οὔτω, ante uocalem
 οὔτως.

ἀνθρώπου) Nominatiuus ὁ ἄ ἄνθρωπ ὅ Tertia
 declinationis.

ὕπ) hęc prępositio cum Genitiuo solet addi di-
 ctionibus passiuę significātib; ut apud Latinos ἀ uel
 ab, τὴν πῶμαι ὕπ σδ, uerberor abs te, sic hoc loco, ὕπ
 μυρίωρ φροντίδωρ πρὸς ἐλκόμενωρ.

Vers. 3. μυρίωρ) ante hoc explicatum est. Codice C 2.

ab imo. πῶ ἢ τὸν κόσμωρ φροντίδωρ) Budęus uertit,
 mundi curis, quomodo autē explicari possit articulus
 ille πῶ iunctus prępositione cum casu ἢ τὸν κόσ-

Versu. 8. μωρ, ostensum est Codice C. 4. in uerbis ὕπ ἢ τὸν
 ab imo. τὸν πλοῦρ ἀπερίας.

ἢ τὸν κόσμωρ) ἢ in, prępositio cū Accusatiuo
 κόσμωρ, Nominatiuus ὁ κόσμῳ, Tertia declinat.

φροντίδωρ) ἢ φροντίς, φρὶ φροντίδῳ, πῶ φρο-
 τίδωρ,

πρὸς ἐλκόμενωρ) ἔλκω traho, πρὸς ἐλκῶ distrabo,
 passiuum πρὸς ἐλκομαι, participium ὁ πρὸς ἐλκόμενος,
 τὸν πρὸς ἐλκόμενωρ, distractum: est tamen presentis tem-
 poris, uide de hoc in uoce δεωμένω Codice D 8.

Vers. 7. ἀμύχανωρ) μηχανῆ conatus, machina, unde per a
 ab imo. priuatiuam particulam sit ἀμύχανωρ difficile, quod

nulla ratione uel arte fieri possit.

ἐνατενίσαι) ἀπνίζω fixis oculis intueor, futurum
ἀπνίσω, Aoristus primus, ἠτένισα, Infinitiuus, ἀπνί-
σαι, ut τῦψαι, compositum ἐνατενίσαι ab Indicatio
praesenti ἐνατενίζω, quod Datium regit τῆ ἀληθείᾳ
ratione praepositionis ἐρ, uide Codice A 14. in ἐπι- Verf. 8.
φαινομένῃς αὐτοῖς.

Nec mireris Interpretem ἐνατενίσαι uertisse per
Infinitiuum praesentis temporis cernere, ut ὅ prius
προσερεθύναι incūbere, ὅ ἰδέειν cernere, quando qui-
dem Aoristi uariis tribuuntur temporibus, ὅ latissimè
patet eorum significatio ὅ usus.

ἀληθείᾳ) ueritati, Adiectiua in κς Primæ declina-
tionis contractoriū faciunt substantiua faeminina in εα
ἐναργής euidentis, ἢ ἐνάργεια euidentia, ἀληθής uerus,
ἢ ἀλήθεια ueritas, ὅ ἀληθείας, τῆ ἀληθείᾳ per α
diphthongum impropriam, ὅ hoc differt à Nomina-
tiuo ἀλήθεια.

ἀλλὰ τὸν μὲν ὄπω τοῖς δεσμοῖς τῷ γάμου
συνεζυγμένον, λυσώδης ἐπιθυμία, καὶ ὄρμαι
δυσκάθεκτοι, καὶ ἔρωτές τινες δυσέρωτες ἐκτα-
ράσουσι.

Sed quidem nondum uinculis nuptiarum constri-
ctum, rabidæ cupidines, ὅ impetus irretenti, ὅ amo-
res quidam perdit perturbant.

Atque et quidem qui nondum coniugalibus uincu-
lis astrictus est, rabidæ cupidines, ὅ impetus effrenes
amoresq; incessunt perditissimi.

Δεισμοῖς) *Datiuus plu. Nominatiuus ὁ Δεισμός Ter*

Vers. 3. tiae declinationis, est uerbale à δέω ligo, pag. 111.

*ab imo. γάμος) ὁ γάμος nuptiæ, Tertiæ declinationis est
singulare, cūm nos utamur plurali nuptiæ, uide Codicis*

Vers. 4. ce A 14. in ἐπιφαινομένης.

σωεζδουγμῶν) *Ζεύγνυμι tempora sumit à ἴθου*

*Vers. 11. γω, ut scriptum est pag. 116. in uerbo ἄγνυμι, Futuriam
igitur ζεύξω, Præt. Acti. ἔζδουχα, Pass. ἔζδουγμαι, Part.
ἔζδουγμένῳ, ἔ compositum συνεζδουμένος, Accusatiuus
τὸν συνεζδουγμένον: uerbum tamen scribitur συ-
ζεύγνυμι, non autem σωζεύγνυμι, ut συζάω non συ-*

*Vers. 9. ζάω, pag. 133. est autem σωεζδουγμένῳ coniugatus,
pro quo Budæus constrictus.*

λυοσώδης) *Multa sunt adiectiua in ὡδης, commu-
nia, Primæ declinationis contractorum, ἀνής, ἀνδρός,
uir uiri, ἀνδρῶδης uirilil: ἰξῶ uiscum, ἰξῶδης uisco-
sus: sic λύσα rabies, λυοσώδης rabidus, τὸ κῶν, ὄν
λυοσώδεῳ, pluraliter οἱ κῶν, αἱ λυοσώδες, crasis
λυοσώδες.*

ἐπιθυμίαι) *Nominatiuus pluralis, singularis ἢ ἐπι-
θυμία concupiscentia, Secundæ declinationis.*

ὄρμαι) *ἢ ὄρμη Secundæ declinationis, impetus, su-
bitus animi affectus ἔ motus, quo temerè huc uel il-
luc impellimur, cuiusmodi est in animantibus dolenti-
bus, aut alio affectu subito raptis.*

δυσκάθεκτοι) *retentu difficiles, ἔχω, Fut. ἔξω, per
aspirationē, quæ manet in Præterito ἔιχα, pas. ἔειμαι
ἔειξαι, ἔικται, unde ablato incrementō fit uerbale ἐκτὸς*

fic à composito κατέχω, id est, retinco, uerbale κάπη
 ρε, id est, cohibitus & retētus, & licet scribatur κα-
 τέχω, tamen per θ scribitur κάθεκτ & : nā κατέχω
 fit à κτ & ἔχω : at κάθεκτος ab ἐκτὸς quod habet
 aspiratorem. A κάθεκτ & fit δυσκάθεκτ &, retētū
 difficilis, & qui cohiberi nō potest, id est, effrenis. Par-
 ticula uerò dys in cōpositione significat difficultatē
 impossibilitatē, malū & perniciosum, cuius contrariū
 est εὔ. Cū sit αὐτὸ ὄρμαι φαμινinum, tamen dixit non
 δυσκάθεκτ, sed δυσκάθεκτοι. Attici nanq; adiectiua
 in & communi genere solent usurpare, pag. 91.

Vers. 3.

ἔρωτες τινες ἔρωτος amor, ἦ ἔρωτος, plurale ἔρωτες,
 Quintæ declinationis: τινες Encliticam à Nominatiuo
 τῖς, remittit accentum.

Δυσέρωτες) Ab ἔρωτος fit adiectiuum Δυσέρωτος, id
 est, perditè amans, aut minimè amandus: explicita parti-
 culam Δυε, ut loco quadrabit, ἔρωτες δυσέρωτες amo-
 res perditissimi: aut amores infœlices & perniciosi.

ἐκταράσσει) ταραάσω, turbo, ἐκταράσω con-
 turbo, molestus sum, prepositio ἐκ in compositis sæpe
 facit ad auxesim, ἐκκάμναρ supra modū fatigari, ἐξα-
 σθενῖ μ ualde debilitari, ἐκταράσσευσι tertia persona
 pluralis.

τὸν δὲ ἦδη καταλημμένον ὁμοζύγω ἔπερ & δύο
 ρυθος φροντίδων ἐκδέχεται, ἔν ἄπαιδία παιδῶν ἐπι-
 θυμία, γυναικὸς φυλακὴ, οἴκου ἐπιμέλεια, οἰκετῶν
 προσασίαι, αἱ κατὰ τὰ συμβόλαια βλάβαι, οἱ πρὸς
 τοὺς γείτονας διαπληκτισμοί, αἱ ἔν τοῖς δικασμοῖς

ρίοις συμπλοκαί, φθίμεπορίας οί κίνδυνοι, αὐτὴ γὰρ
 ωργίας Διαπονήσης, πᾶσα ἡμέρα ἰδίᾳ ἢ κειφέρου
 σα φθίψυχῆς ἐπισκότησιρ, ὅττι αὐτὴ νύκτες τὰς μεθι-
 μερινὰς φροντίδας πᾶσα λαβῶσαι, ὅττι ταῦς αὐταῖς φαν-
 τασίαις ἤπαταῦσι τὸρ νοῦν.

At iam occupatum coniuge alter tumultus curarū
 excipit: in orbitate prolium desiderium, uxoris custo-
 dia, domus procuratio, ministrorum praefectura, in cō-
 tractibus damna, cū vicinis digladiationes, in foro cō-
 certationes, negotiationis pericula, agricultura labo-
 res: unaquaeque dies propriam uenit ferens animi cali-
 ginem. Et noctes diurnas curas excipientes in eisdem
 phantasiis fallunt mentem.

Coniugio autem mancipatum curarum agmen ex-
 cipit: in orbitate desiderium proliis, uxoris custodia, do-
 mesticā procuratio, seruilium officiorū constitutio, dā-
 na civilibus in cōtractibus accepta, digladiationes cū
 vicinis, forēses cōcertationes, negotiationis alea, agrī
 cultura labores: unaquaeque dies suā adfert animo cali-
 ginem. Iam uerō noctes diurnas curas excipientes, per
 easdem rerum species imposturam menti faētitant.

ἢ δὴ) iam. Quanquam huiusmodi particulas quas
 facile monstrauerit Lexicon, nō est necesse curio-
 sius recensere, ut neque quoties sese offeret casus No-
 minatiuus, aut praesens Indicatiui primae personae, quā-
 doquidem has Meditationes in hoc tantum cōscripsi-
 mus, ut uerborum themata, ὅττι casum Nominatiuum,
 grammaticis innixi praecipis, reperiamus.

καταληκμμένων) λαμβάνω tempora sumit à λή-
 ω, Futurum λήσω, Præteritum Ἀέλιουμ λέληφα, &
 Atticè ἔιληφα, pag. 106. Passivum ἔιλημαι, Partici-
 prium ἔιλημμένον : sic à καταλαμβάνω καταληκ-
 μμένον, Accusatiuus τὸν καταληκμμένον.

Vers. 15.

ὁμοζύγῳ) ὁμοζύγος coniunx. Multa derivantur
 ab ὁμὸς similis, ὁμόφρων) eiusdem sententiæ & suf-
 fragii, ὁμόχρον) coætaneus, ὁμόζυγος coniunx di-
 citur, quod eiusdem sit iugi, & pari cum marito iunga-
 tur copula, à ζυγός, id est iugum. Dativus τῷ ὁμοζύ-
 γῳ Tertia declinationis.

ἔτῳ) Δόρυς) φροντίδῳ) alter, uel alius tu-
 multus curatum, ἔτῳ) Δόρυς) Tertia declinatio-
 nis: φροντίδῳ) à φροντίς.

ἐκδέχεται) ἐκδέχομαι excipio, à δέχομαι, ter-
 tia persona singularis ἐκδέχεται ut τύπεται.

ἄπαιδία) παῖς παιδός, puer, proles, ἄπαιε ἄπαι-
 ος) orbis, sine liberis, unde ἡ ἀπαιδία orbitas. Se-
 cunda declinationis, ut ante diximus à σωτήρ σωτή-
 ρος) fieri ἡ σωτηρία salus, Codice D. i.

Vers. 6.

παίδῳ) liberorum, prolium, à Nominatiuo παῖς
 παιδός. ab imo.

ἐπιθυμία) θυμὸς animus, ἐπιθυμέω concupisco,
 à præpositione ἐπὶ in, quasi in anima gero, ἐπιθυ-
 μία desiderium, auuiditas, concupiscentia.

γυναικός) ἡ γυνὴ uxor, Genitiuus φηι γυναικός
 ab inusitato nomine γύναιε, uide heteroclita, pagina

200.

Vers. 5.

φυλακῆ) Verbalia plurima seruant figuratiuā ho-
 teram secundi Aoristi, quae in uerbis Quartae cōiuga-
 tionis est γ, si Futurum desinat in ζω, pag. 31. itaque à
 uerbo σφάττω iugulo, Futur. σφάξω, Aorist. secundus
 ἔσφαγμ, uerbale nomen ἢ σφαγῆ caedes: ἐπιτάττω
 impero, ἐπιταγῆ imperium: sic à φυλάττω custodio
 foret nomen ἢ φυλαγῆ custodia per γ, dicitur tamen
 φυλακῆ: siquidem huiusmodi mutarū, tenuis, aspiratae,
 & mediae, magno est inter sese affinitas, tradūntque
 operas mutuas, ut crebrò aliam pro alia reperias. Aut
 fit ἢ φυλακῆ à nomine φύλαξ custos, τῷ φύλακι,
 unde ἢ φυλακῆ.

οἴκου ἐπιμέλεια) domus procuratio, cura, & dili-
 gentia: οἶκος domus, Tertiae declinationis: ἐπιμέλῃς
 accuratus, diligens, unde ἢ ἐπιμέλεια diligentia, ut
 ἀλήθεια ab ἀληθῆς, de hoc Codice D. in ἀληθεία.

εἰκετῶν) ὁ οἰκέτης famulus, Prima declinationis,
 εἰκετῶν, accentu circumflexo in ultima pag. 138.

προσάσῃαι) προΐσκημι praesideo, & praesum à
 πρό & ἴσκημι, προΐσσεμαι praeficio, praefecturam con-
 fero, simplex uerbum ab ἴσκημι, Futur. σήσω, Praet. ἄετ.
 ἔσακα, Pass. ἔσαμαι ἔσασαι: sic à composito προΐσσε-
 μαι, Praeteritum προέσαμαι προέσασαι, unde ablato
 incremento, fit duplex nomen uerbale, ἢ πρόσασις &
 ἢ προσασία, id est, praefectura, praesidentia, Plurale
 αἱ προσασίαι.

αἱ κτλ τὰ συμβόλαια βλάσαι) Vim articuli as-
 ficientis praepositione cū casu pulchrè expressit paro-

Nicripio, damna ciuilibus in contractibus accepta.

συμβόλαια) à βάλω compositum συμβάλλω, quod præter alia significat pacisci, & contractus cōuentiōis inire: unde uerbale συμβολή, & inde συμβόλαιον, hoc est, pactum, & contractus. Ferme autem huiusmodi uerbalia à βάλω & compositis, effertur per ο non α, ut βολή, προσβολή, καταβολή, sic συμβολή, & inde συμβόλαιον, ut ἐπιβόλαιον, &c.

βλάβαι) βλάπτω, noceo, secundus Aor. ἔβλαβον, tanquam à themate βλάβω, pagina 110, hinc uerbale βλάβη damnum, per idem effertur characteristicon, nempe β. Vers. 2.
ab imo,

γείτονας) ὁ γείτωρ uicinus, τῷ γείτονος, habito Genitiuo, facillè ad reliquos casus perueneris, τῶς γείτονας.

διαπληκτισμοί) πλήττω percutio, Futur. πλήξω, Præter. ἀέ. πέπληχα, Pass. πέπληγμαι, πέπληξαι, πέπληκται: unde uerbale πλήκτης percussor, & per metaphoram obiurgator & conuitiator: unde uerbis πληκτίζω aut πληκτίζομαι: illa enim in ἰζω & ἰζομαι passim à quouis deducuntur, ut doctis auctoribus uisum est: compositum διαπληκτίζομαι uerbum deponens, id est, decerto, pugno, contendo. Futur. à πληκτίζω est, πληκτίσω, Præter. Αέ. πεπλήκτικα, Passiuam πεπλήκτισμαι: unde uerbale ablato incremento ὁ πληκτισμός: sic à διαπληκτίζομαι uerbale διαπληκτισμός. Vtrum uerò recepta sint πληκτίζω, πληκτίζομαι, an tantum διαπληκτί- Pag. 95
Vers. 14.

δομαί, docebit assidua lectio, tantum ostendimus quo pacto uerba fiant, quæ quidem nunc actiua, nunc contra passiuua, nunc simplicia, nunc cōposita solum in usu uersantur, quemadmodum apud Latinos recipiuntur cōposita, aspicio, conspicio, despicio, & inde aspectus, conspectus, despectus: non autem simplex specio, licet usurpetur nomen species.

δικασκρίσις) δικάζω Fut. Δικάσω, Præter. Ἄκτισται, Δεδίκακτο, Passiuum Δεδίκασμαι, Δεδίκασαι, δεδίκασται, unde uerbale τὸ Δικαστήριον forum iudiciale, tribunal. Datiuus pluralis τῶν δικασκρίσις Tertie declinationis: nam Δικάζομαι, est lites ago, contendo.

συμπλοκαί) πλέκω, συμπλέκω, συμπλέκομαι conflijo, negotium habeo cum aliquo: uerbale ἡ συμπλοκή, congressio, conflictus, Secundæ declin. migrat

Vers. 8. ε in o, ut supra dictum est Codice B 6. in τρόπῳ.

ab imo. ἔμπορίας) πόρος quæstus, prouentus ἔμπροσθεν mercator, ἡ ἔμπορία, ἡ ἔμπροσθεν, Secundæ declinationis, à præpositione ἐν & nomine πόρος, uide Co

Vers. 13. dice C 13. in ἔνοικα πάθη.

κίνδυοι) Nominatiuus pluralis, à singulari ὁ κίνδυος periculum, pro quo Budæus posuit aleam.

γεωργίας) γέα & per crasim γῆ terra, ἔργον opus, inde γεωργός agricola, ἡ γεωργία, agricultura, τὴ γεωργίας.

Pag. 95
Vers. 17. διαπνήσις) πνέω laboro, Futur. πνήσω. Præterit. ἄκτισται πεπόνηκα, Passiuum πεπόνημαι, πεπόνησαι, uerbale ἡ πόνσις, Secundæ declinationis contra

Ἐπιον, φη' πονήσεως, ἅι πονήσεις, & crasis πονή-
σεις, compositum Διαπνήσας, à Nominatiuo Διαπνό-
νσις, à uerbo Διαπνέσμαι excolo, elaboro.

πᾶ(α ἡμέρα) ἡμέρα dies, Secunda declinationis,
ὁ πᾶς omnis, sc̄aminium ἢ πᾶσα, neutrum ἢ πᾶρ.

ἰδ'ιαρ) ἰδι' & proprius, sc̄aminium ἢ ἰδ'ια, πλῆ
ἰδ'ιαρ: quomodo uerò se habeant sc̄amina adiectiuo-
rum, scriptum pag. 91.

ἦκ(φ) ἦκω, ἦκας, ἦκε, uenire, uenis, uenit.

Vers. 3.
ab imo.

φέρουσα) φέρω fero, participium ὁ φέρωρ, ἢ φέ-
ρουσα.

ψυχῆς) ἢ ψυχή, Secunda declinationis, ἡ ψυχῆς.

ἐπισκότῃσιρ) σκότ' & tenebra, uerbium σκοτέω
Futurum σκοτήσω, Præter. Ἀέτι. ἐσκότῃσι, Ραβ. ἐσκό-
τῃμαι, ἐσκότῃσαι, unde uerbale ἢ σκότῃσις, φη' σκο-
τήσεως, πλῆ σκότῃσιρ: compositum ἐπισκότῃσιρ, No-
minatiuus ἢ ἐπισκότῃσις Secunda declinationis con-
tractorum, à uerbo ἐπισκοτέω obtenebro.

Pag. 95.
Vers. 17.

νύκτες) ἢ νύξ, φη' νυκτῆς ποχ noctis, plurale ἅι
νύκτες.

μεθ' ἡμερῶν) ἡμέρα dies, μεθ' ἡμέρας per apostro-
phon pro μετὰ ἡμέρας, proprie significaret post di-
em, quia μετὰ iuncta accusatiuo significat post, uer-
tūm Attice capitur pro ἐν ἡμέρα in die, per diem, in-
ter diu. Caterū quia ratione Apostrophæ legitur μεθ'
ἡμέρας tanquā unica dictio, μεθ' ἡμερῶν, sit inde ad-
iectiuum ὁ μεθ' ἡμερῶν diurnus, ἢ μεθ' ἡμερῶν, Accu-
satiuus pluralis τὰς μεθ' ἡμερῶν.

φροντίδας) ἢ φροντίε, τ' φροντίδος, τὰς τίδας.
 πῶαλαβῶσαι) λαμβάνω, *secund.* Aoristus Αἰθ.
 ἔλαβον, *Participium* ὁ λαβῶν, ἢ λαβῶσα, *compositum*
 πῶαλαβῶσα, ἀ πῶαλαμβάνω, *plurale* αἱ παραλα-
 βῶσαι.

αὐτοῖς) *Datiuus plur. ab αὐτῷ ἢ pronomine relatiuo,*
quod non solum significat ipsum, sed etiam capitur
pro eodem, αὐτοῖς φαντασίαις, eisdem phantasiis.

φαντασίαις) φαίνω, *Fut.* φανῶ, *Præt.* Αἰθ. πέφαγα
 κα, *Pass.* πέφαμαι, πέφανσαι, πέφαντη, *uerbale* φαν-
 τῶς, *unde uerbum* φαντάζομαι, *finge uocem* Αἰθ. φαν-
 τάζω. *Fut.* φαντάσω. *Præt.* Αἰθ. πεφάντακα, *Passiuum*
 πεφάντασμαι, *secunda persona* πεφάντασαι, *unde*
nomen ἢ φαντασία, Secunda declinationis, Datiuus
pluralis τῶς φαντασίαις.

ἧαπατῶσι) ἀπατάω *fallo, tertia plu.* ἀπατάσσι,
crasis ἀπατῶσι, *εἰθροpositum* ἧαπατάω, ἧαπατῶσι.

τούτων δὲ φυγὴ μία, ὁ χωρισμὸς ἀπὸ τοῦ κόσ-
 μου παντὸς κόσμου δὲ ἀναχώρησις, οὐ τ' ἔξω αὐτῶν
 γενέσθαι σωματικῶς, ἀλλὰ τῆς πρὸς τὸ σῶμα συμ-
 παθείας πλὴν ψυχὴν ἀπορῆξαι, καὶ γενέσθαι ἀπο-
 λιμ, ἄοικον, ἀνίδιον, ἀφιλέταιρον, ἀκτῆμονα, ἄβιο-
 ον, ἀπράγμονα, ἀσωτάδιακτον, ἀμαθῆ τῶν ἀνθρώ-
 πων διδασκάλων, ἔτοιμον ὑποδέξασθαι τῆς καρ-
 δίας τὰς ἐκ τοῦ θεοῦ θείας διδασκαλίας ἐπινομήνας
 διατυπώσεις.

Horum autem fuga una, separatio à mundo uniuers-
so: mundi uero secessus, non extra ipsum fieri cor-

poraliter, sed cum corpore consensu animum abrumpere & fieri extorrem, sine domo, carentem proprio, nescium sodalitatis, inopem, sine facultatibus, uacantē negotiis, alienum à contractibus, rudem humanarum disciplinarum, paratum admittere corde ex diuina doctrina ingenitas informationes.

Quarum rerum una demum cautio est, si ab omni se mundo abdicarit, qui hanc uitare molestiam instituerit. Est uerò secessus à mundo non extra mundum esse corpore, ceterum à consensu corporis, mutuaq; affectione animum abrumpere, non ciuem esse, non domum possidere, non familiam, nihil proprium habere, non sodalitatis officia, nō amicitias colere, prædia nulla, nullas facultates habere, negotiis uacare, iurisdictionum contractus, humanasq; disciplinas non nosse. Ita se comparare, cor ut humanum aptum sit admittere disciplinam ex diuinis monumentis informatam.

τούτων) Genitiuus plural. demonstratiui neutri generis τῶν, mascul. ὅντος. femin. ἄντη. pag. 86.

Vers. 18.

φυγή) φεύγω fugio, secund. Aor. ἔφυγον, uerbale nomen ἢ φυγή fuga, uide Codice D 16. in φυλακή.

Vers. 1.

μία) εἷς unus, pag. 15. femininum μία una.

Vers. 17.

χωρισμός) χωρίζω, separo, Futurum χωρίσω.

Præter. Aor. κεχώρισκα, Passiuam κεχώρισμαι, uerbale. ὁ χωρισμός.

Pag. 95.

κόσμου) ὁ κόσμος mundus, Genit., τῷ κόσμῳ.

Vers. 14.

παντός) ὁ πᾶς, τῷ παντός, Quintæ declinat.

ἀναχώρησις) χωρίζω, Futurum χωρήσω, Præterit.

Pag. 95. Αἰτιῖον κελώρηκα, Ραβίῖον κελώρημαι, κελώρησαι,
 Vers. 17. uerbale χώρησις, compositum ἀναχώρησις secessus, ab
 ἀναχωρήω secedo.

τὸ ἔξω αὐτοῦ γενέσθαι) Articulus ῥ̄ afficit oratio-
 nem, quae constat Infinitiuo, id nempe extra mundum
 esse.

ἔξω αὐτοῦ) aduerb. cum Genitiuo: quibusdam Lati-
 norū praepositionibus respōdēt Graecorū aduerbia.

ἦνέσθαι γίνομαι) secundus Aoristus medius ἔγε-
 Vers. 2. νόμῳ, pagina 122. Infinitiuus ἦνέσθαι, ut τυπέσθαι
 ab imo. ab ἐτυπόμην.

σωματικῶς) τὸ σῶμα corpus, τὰ σώματα, inde
 Adiectiuum σωματικὸς corporalis, Genitiuus plura-
 lis τῶν σωματικῶν, à quo aduerbium σωματικῶς,

Vers. 2. migrante v in σ, pagin. 89.

ab imo.

Vers. 10. πρὸς τὸ σῶμα συμπαθείας) scripsimus Codice A
 15. in uoce ὁμοιότητι, cuiusmodi dictionibus adda-
 tur praepositio πρὸς. Budaeus uertit συμπάθειαν
 πρὸς τὸ σῶμα corporis consensum, & mutuam affe-
 ctionem.

συμπαθείας) πάχω patior, secund. Aorist. ἔπα-
 θον à πῖθω, unde nomina ἄπαθῆς, ἔπαθῆς, & cetera,
 per α & δ: sic à composito συμπάχω. i. condoleſco
 & alienis incommodis afficior, siue tangor, fit συμ-
 παθῆς, qui eiusdē est affectus, unde Substantiuū ἡ συμ-
 πάθεια, quasi dicas, condolentia, naturalis ille consen-
 sus animi cum corpore.

ἀπρῆξῆσαι) ῥήξωμι frango, rumpo, Futurum ῥήξω,

pag. 132. Aoristus prim. ἔρρηξα, Infinitiuus ῥῆξαι, com- Vers. 12.
positum ἀπορῥῆξαι abrumpere, ab ἀπορῥῆκνυμι per
geminium ρρ, pagina 132.

Vers. 3.

ἀπολιμ) ἡ πόλις ciuitas, unde ἀπολις extorris,
qui ciuitate destituitur aut caret, qui non est ciuis.

Magnus hoc loco catalogus eorum quæ fiūt per α
particulam priuatiuā, quæ quidem Budæus non eadē
semper uoce reddidit, licet cōpositionis ratio sit una
in oībus: idcoq; ut in cæteris, ita & in istis iuuabimur
copia, ut nobis obuia sint, quæcunq; scitè & cōmodè
priuationem significāt: deinde cōminiscamur apta uer-
ba, quibus negationem tribuamus, ἀπολιμ ἧμέδῃ
uertit non esse ciuem, ἀοικον non possidere domum,
non familiam, quæ quidem multis aliis uerbis & rectè
uertit possunt, ἀπολιμ ἧμέδῃ ciuitatē ignorare, ci-
uitate carere, ciuitate destitutū esse, & item alio &
alio pacto, utcunq; cōmodū erit negationē explicare.

ἀοικον) quoties α priuatiuum præfigitur uocalibus
solet interseri ν, ἀξιος dignus, ἀνάξι & indignus: ue-
rum id non est perpetuum, ut ἀεργος, ἀύπν &, ἀόργα-
τος, ἀοικον &, ἀωρ &, ἀωτ & : sic ab οἶκ & domus,
Adiectiuum formatur ἀοικ & qui domo caret.

ἀνιδίον) ἰδίος proprius, priuatus: ἀνιδίος qui ni-
hil habet proprium, quod sibi peculiariter uendicet.

ἀφιλέταιον) ἑταῖρ & sodalis, amicus, φιλέται-
ρ & sodalium studiosus, & amicitiam colens, ἀφιλέ-
ταιρος qui sodalitatē & amicitia officia non colit.

ἀκτημόνα) κτῶμαι acquirō, possideo, ἀκτιμωρ

inops, qui praedia non habet. Multa in μωρ deducuntur à Futuro uocis ἀκτιω, μνάομαι reminiscor, futurum actiuum esset μνήσω, inde μνήμωρ memor: sic à κτάομαι futurum actiuum κτήσω, unde si receperum esset, diceretur κτήμωρ, opulentus, qui multa possidet, hinc ἀκτίμωρ, qui possessionibus destitutus est, Genitiuus ἀκτίμων⊕, Accusatiuus τὸν ἀκτίμονα.

ἄβιορ) βίος uita, uictus, ⊕ facultates quibus uita sustinetur, quæq; ad usum uitæ pertinent, hinc ἄβιος is dicitur, qui iis rebus caret.

ἀπράγμονα) πρᾶγμα res, capitur pro negotio ⊕ molestia, ut πρᾶξω πρᾶγματα, facessere negotium: hinc fit ἀπράγμωρ, qui nec aliis exhibet negotium, nec ipse libenter negotiis inuoluitur, τὸ ἀπράγμον⊕.

σῶαλλακτορ) ἀλλάττω, inde σῶαλλάττω con-
 Pag. 95. traho, paciscor, in eo cōtractus ⊕ cōuenta, tertia per-
 Vers. 20. sona praeteriti Passiui σῶαλλακται, uerbale σῶαλλ-
 λακτ⊕, unde ἀσῶαλλακτ⊕, ut δυσκάθεκτ⊕

Vers. 3. ἀκατέχω, Codice D 12.

ab imo, ἀμαθῆ) μαθάνω disco, secundus Aoristus ἔμαθον ab inusitato μαθέω, hinc ἀμαθῆς, Genitiuus ἀμαθέ⊕, Primæ declinationis contractorum, τὸν ἀμαθέα, crasis ἀμαθῆ, id est, rudem, nescium, indoctum. Crebrò uerò Genitiuum habent ista adiectiua, quæ sunt ex particulis α, θυ, θυς, quorum exempla passim obuia.

ἀνδρωπίων) ἀνθρώπων & homo, ἀνδρῶπιον & hu- manus.

διδάγματα) διδάσκω à διδάχω, facit præter. Pass. διδιδάγμαι, unde τὸ διδάγμα, τὸ διδάγμα- τ &, ἢ διδάσμάτων.

Pag. 95.
Vers. 13

ὑποδέξασι) δέχομαι, Futurum δέξομαι, Aoristus primus ἐδέξαμην, Infinitivus δέξασι, compositum ὑποδέξασι.

καρδία) Dativus à Nominativus ἡ καρδία, Secunda declinationis.

θείας) ὁ θεὸς deus, inde ὁ θεῖος diivinus.

διδασκαλίας) Genitivus à Nominativus ἡ διδάσκα- λία, à διδάσκαλος,

ἐγινόμενος) γίνομαι, Participium γινόμενος ἢ γινόμενός, τὰς γινόμενους, compositum ἐγινόμενος ab ἐγίνομαι intus generor, innascor, quasi dicas in- tus fio.

διατυπώσις) à nomine τύπος, fit verbum τυ- πώω, Fut. τυπώσω, Præteritum ἔτυπωκα, Passivum τετύπωμαι, τετύπωσαι, unde verbale ἢ τυ- πώσις φησὶ τυπώσεως, Accusativus pluralis τὰς τυ- πώσεας, crasis τυπώσεις, compositum διατυπώσεως, à verbo διατυπώω.

Pag. 95
Vers. 17

ἐτοιμασία δὲ καρδίας, ἢ ἀπομάθησις ἢ ἐκ- ποικιλία σπουδαίας προκαταχόντων αὐτῶν διδάγα- μάτων.

Præparatio uerò cordis, obliuio ex prava consue- tudine ante occupantium ipsum doctrinarum.

Est autem huiusmodi cordis cōparatio, cum eæ doctri-
næ dediscuntur, quæ praua consuetudine sedem in
ipso occupauerunt.

ἑτοιμασία) ἑτοιμάζω, Futur. ἑτοιμάσω, Præterit.
ἀέτι, ἡτοίμακα, Passi. ἡτοίμασμαι, ἡτοίμασαι, unde
ἡ ἑτοιμασία uerbale.

ἀπομάθσις) μαυδάνω tempora sumit à μαδέω,
Futur. μαθήσω, Præteritum Ἀέτι, μεμάθηκα, Passiuum
μεμάθημαι, μεμάθησαι, unde ἡ μάθσις, inde ἀπο-
μάθσις ab ἀπομανδάνω.

σωκιδείας σωήθης consuetus, ἡ σωήθῃς consuetus
Vers. 13 do, ἡ σωκιδείας, Codice D 11. in ἀληθείᾳ.

προκαταχόντων) ἔχω secund. Aor. ἔχωρ à uerbo
Vers. 15. χέω, pag. 126. Part. χῶρ χόντος, ἡ χόντων, compositum
autē κατασχῶρ à κατέχω, inde προκατασχῶρ
à προκατέχω, id est, prius occupo. Præpositio πρό in
compositis quandoq; præcedēs tēpus indicat, ut apud
Latinos præ, in uerbo præuerto & consimilibus.

οὔτε γὰρ εἰ κηρῷ γράφαι δυνατὸν μὴ καταλεί-
ναντα τοὺς εἰσποκειμένους χαρακτῆρας, οὔτε τυχῶν
Δόγματα θεῖα παραδέσθαι, μὴ τὰς ἐκ τοῦ ἔδους προ-
λήψεις αὐτῶν ἐξελόντα.

Neq; enim in cera scribere possibile, non delentem
insitos characteres, neq; animæ placita diuina accom-
modare, non ex consuetudine anticipatas opiniones
ex ea eximentem.

Nam neq; in tabulis cereis scribere possis, nisi prius
litteras induxeris quæ ante scriptæ fuerunt, neque

ἀντιμὰ πρὶος διuina placita accommodaris, quàm anticipatas opiniones ab ea exemeris.

κηρῶ) Dativus à Nominatiuo ὁ κηρὸς cera, Tertiae declinationis.

γράφαι) γράφω scribo, Aoristus primus ἔγραφα, Infinitivus γράφαι.

δυνατὸν) δύναμαι possum, uerbum deponens Secundae coniugationis in μι, ut ἴσκαμαι, sive uocē actiuam Δυνημι, Futurum δυνήσω, Præteritum actiuum δεδύνηκα, Pass. δεδύναμαι, per α, quia semper penultima præteriti passiuui uerborum in μι est breuis, pagi. **Vers. 8**
84. tertia persona δεδύναται, uerbale ὁ δυνατὸς ἢ δυνατὴ, ὃ δυνατὸν possibilis, possibile.

 προσδέδῳκησαι, προσδέδῳκη, uerbale προσδοκῆ
 τ, inde ἀπροσδοκίτος inexpectatus.

ἀποφυγῶν) πεύγω, secundus Aorist. ἔφυγον, 4. 30
 Particip. φυγῶν, composit. ἀποφυγῶν ab ἀποφεύω.

Pag. 95.

Vers. 20

Vers. 5.

ab huc

φιλόθεος) *amans Dei*, à φίλος & θεός, *ut* φίλος ἄνθρωπος, *humanus, amans hominum*, à φίλος & ἄνθρωπος.

ἀναχωρή) χωρέω, ἀναχωρέω, *Subiunctivus tertiae personae*, ἐὰν ἀναχωρήη, *ctasis ἀναχωρή, ut* ποιῆ.

προκαλούμενα) καλέω, καλέομαι, *ctasis καλούμαι*, προκαλούμαι, *Participium προκαλούμενος*.

ἄκρασίας) κεράννυμι *tempora sumit à κρῖνω*, *Futurum* κεράσω, & *elidendo* ε *dicitur* κρέσω, *Præteritum ætium* κέκρακα, *Passi.* κέκραμαι, κέκρασαι, *unde verbale per α privativum ἢ ἄκρασία Intemperantia, Accusativus pluralis τὰς ἀκρασίας.*

Pag. 95. ἐπιτηδεύμασι) *Dativus pluralis à nomine* εἰς ἐπιτηδεύματα, *quod est verbale à præterito passivo verbi* ἐπιτηδεύω.

ἐνδιατρίβη) τρίβω, διατρίβω, ἐνδιατρίβω, *Subiunctivus tertiae personae est ἐνδιατρίβη.*

καὶ πρῶτόν γε πάντων πωουδάξην προσήκει πρὸς τὴν τοῦ λόγου χρῆσιν μὴ ἀμαθῶς ἔχειν, ἀλλ' ἐρωτᾶν μὲν ἀφιλονείκως, ἀποκρίνεσθαι δὲ ἐπιφλοισίμως, μὴ διακόπτοντα τὸν προσδιαλεγόμενον, ὅταν χρῆσιμον λέγῃ, μὴ δὲ ἐπιθυμοῦντα τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἐπιδητικῶς παρεμβάλλειν, μέτρα ὀρίζοντα λόγῳ ἢ ἀκοῇ.

Et primum quidem omnium studere convenit circa sermonis usum non imperitè habere, sed percunctari quidem citra contentionem, respondere autem sine affectatione, non interpellantem differentem, quando

utile dicit, neque desiderantem suam ipsius sermonem ostentando interserere, modos statuentem sermone & auscultationi.

Atq; imprimis quidem magno studio id comparandum habemus, scite ut sermocinari possimus, ut nec contiosius percunctemur, nec affectantius respondeamus, ut differenti non obloquamur, nec interfari atq; interpellare gestiamus absurda ostentatione, fastumq; praeseferente, ut modum teneamus, & sermocinandi & auscultandi.

πρῶτόν γε πάντων) γε Enclit. est, πρῶτον superlativus adverbialis cum Genit. ut nos, primò omnium.

χρῆσις) ἢ χρῆσις verbale praeteritum verbi χρᾶσμαι utor. Pag. 95. Vers. 17.

ἄμαδῶς) adverb. ab adiectivo ἄμαθις, de quo supra.

ἄμαδῶς ἔχω) adverbium cum ἔχω sumpto neutraliter, pro eo quod est affectus sum, ἄμαδῶς ἔχω, imperitè habeo, id est, imperitus & indoctus sum, sic ἐνδεδῶς ἔχω. Codice G 2.

Vers. ult.

ἔρωτᾶν) Infinitivus ab ἔρωτάω.

ἄφιλονείκως) νᾶκος contentio, φιλόνηκ) & contentiosus, ἀφιλόνηκ) & minime contentiosus, adverbium ἀφιλονείκως.

ἄφιλοτιμῶς) τιμῆ bonor, φιλότιμος ambitiosus, & etiam qui magno studio & affectatè rem quamprimum efficere nititur: ἀφιλότιμος minime affectatus, ἀφιλοτιμῶς adverbium.

Pag. 89.

Vers. 2

χρῆσις μοι) A secunda persona praet. passi. verbalia ab ἴμα

H 3 fiunt

fiunt in ἰμος, ἀ χράομαι κέχρησαι, inde χρήσιμος.

ἐπιθυμοῦντα) θυμός, θυμέω, ἐπιθυμέω, Particula
rimum ἐπιθυμέω, ἐπιθυμέοντος, τὸν ἐπιθυμείοντα,
crasis ἐπιθυμοῦντα.

Paq. 95.
Vers. 20

ἐπιδεικτικῶς) δεικνύω, Futurum δείξω, ἀ δείκω,
Præteritum ἀδείξα, Passivum ἀδείγμαι,
ἀδείξαι ἀδείκται, uerbale δεικτός, inde δεικτικός,
compositū ἐπιδεικτικός, ὁ ἀδιδεικτός ἐπιδεικτικῶς
ἀ uerbo ἐπιδεικνύω.

Μανθάνειν δὲ ἀνεπαιχτώτως, καὶ διδάσκειν
ἀνεπιφθόνως, καὶ ἔτι παρ' ἑτέρου δεδιδάχται,
μὴ ἐπικρύψειν, ὡσὺρ αἱ φάυλαι τῶν γυναικῶν,
αἱ τὰ νόθα ὑποβαλλόμεναι, ἀλλὰ κηρύσειν εὐγνωμό
ως τὸν πατέρα τοῦ λόγου.

*Discere autem sine pudore, & docere sine inuidia,
& si quid ab alio doctum est, non occultare, quemad-
modum improba mulierū, notha supponentes, sed præ-
dicare gratè patrem sermonis.*

Neq; uerò ad discendum uerecundum esse oportet,
nec ad docendum malignum: quod ab alio tutè didice-
ris, nequaquam clam habendum, cuiusmodi facere mu-
lieres improba solent, quæ ex aliis ipsæ quæsitos libe-
ros utris suis tollendos subiciunt, patrē emittentes:
autorem uerò ipsum prodere grata commemoratione
debet, uerumq; ipsius sententiæ parentem.

Μανθάνειν) quatuor sunt Infinitiu in hac oratio-
ne, qui pendunt ab impersonali prius posito προσήκει.
ἀνεπαιχτώτως) αἰχάνομαι erubesco, Præteritū

ἤχουμαι ἤχασαι, ἤχωνται, *verbale αἰσχωτός, cō-*
positum ἐπαισχωτός ab ἐπαισχύνομαι, deinde per
α priuatiuam particulam, ἀνεπαισχωτός, aduerbium Pag. 95.
ἀνεπαισχωτός: additur autem litera ν, propterea Vers. 20
quod ἐπαισχωτός incipitur à uocali.

ἀνεπιφθόνως) φθόνος *inuidia*, ἐπίφθονος *inui-*
dens, ὅ per α priuatiuum ἀνεπίφθονος *minime inui-*
dens.

Δεδίδαχται) *Tertia persona præteriti passivi à*
διδάχω: nam ab hoc themate sumit sua tempora δι-
δάσκω doceo.

φαῦλαι τῶρ ρωαικῶρ) *improba mulierum, hoc est,*
improbae mulieres: quoduis Adiectiuum Genitiuo tum-
gi potest tanquam partitiuum, ut Grammatici uocant,
pagin. 141.

Vers. 18.

εὐγνωμόνως) γνώμη *animus, uoluntas*, εὐγνώμων
gratus, τῶ εὐγνώμονος ἤν εὐγνωμόνων, *aduerbium*
εὐγνωμόνως grato ὅ candido animo.

τόν ὅ δὲ φωνῆς ὁ μέσος προτιμητέος, ὡς μή
 τε διαφεύγειρ πλὴν ἀκοῆρ ὑπὸ σμικρότητ ὅ, μήτε
 φορτικὸρ εἶναι ὅ μετέδει τ' διατάσεως.

Intentio porrò uocis mediocritis præferenda, ut neq̄
effugiat aurem præ exilitate, neq̄ odiosa sit magnitu-
dine contentionis.

Vocis porrò intentio mediocritate temperanda est,
ut nec exilior fallat aures, nec contentior odiosa ra-
dat offensione.

προτιμητέος) τιμῶ, τιμῶσ, πτίμηκα, τertia

Pag. 95. μικραι, τετίμησαι, τετίμηται, uerbale τιμητέος, σόφου
 Vers. 23. sitū, προτιμάω, eligo, προβο, πραετο.
 (σ μικρότης) μικρός uel σ μικρός, nam plurima
 sunt apud Græcos διήολογούμενα, id est, quæ duobus
 Vers. 21. modis efferuntur, ut scripsimus pagina 127. in uerbo
 δέλω: ἂ σ μικρός sit ἢ σ μικρότης, φη σ μικρότης
 τος.

Vers. 6. φορτικός) ὁ φόρτος onus, φορτικός onerosus, molestus.
 εἶναι) esse ab εἶμι sum, pag. 112.

Μεγέθα) crasis ex μεγέθει, Dativus à nominatiuo,
 δ' μέγεθος.

Pag. 95. διατάσεως) τείνω, τενῶ, τέτακα, τέταμαι, τέτα
 Vers. 17. σαι, uerbale ἢ τάσις, compositum διατάσις, φη διατά
 σεως, ἂ διατείνω.

προεξετάσαντα δὲ ἢ ἑαυτῶν τὸ ζητούμενον.
 οὕτω δημοσιεύει τὸν λόγον, εὐπροσήγορον ἢ ταῖς
 ἐπιπέσει, Γλυκαὺν ἢ ταῖς ὁμιλίαις, οὐ διὰ φη εὐ
 τραπείας τὸ ἡδὺ θεωρούμενον, ἀλλὰ διὰ φη εὐμενῶς
 παρακλήσεως, τὸ προσίωε ἔχοντα, πανταχῶς τὸ ἕα
 χύ, καὶ ἐπιτιμῆσαι δέοι, ἀπωδύμενον.

Prius expendentem autem in seipso dicendum, ita
 publicare sermonem, comiter adpellantem in congres
 sibus, suauem in conuersationibus, nō per scurrilitatē
 uoluptatem uenantem, sed per beneuolam adhortatio
 nem, mansuetudinē habentem, ubiq; asperitatem, etiam
 si obiurgare oporteat, reiicientem.

Expndendum prius quid dicturus sis, atq; ita de
 mum edendum & prouulgandum. At uerō in congres
 sibus

sibus comiter adpellare oportet, atq; in consuetudine suauem se præbere, non etiam uoluptatē facetosis sermonibus aucupari: adhortationum uerò benignitate clementiæ ac mansuetudinis opinio colligenda est.

Nusquam acerbium se præbere conuenit, etiam si oburgatione opus sit.

προεξετάσαντα) ἐτάσω, Futurum ἐτάσω, Aoristus primus ἤτασα, Participium ἐτάσας, compositum δεξετάσας, deinde προεξετάσας ἀ προεξετάσω.

ἔκδικόμενος) Inusitatum ἔκω dico, ἔκω, ἔρεκα, ἔρεμαι, ἔρεσαι, ἔρεται, ἔρέθω, ἔρεθσομαι, ἔκδικός μενος, Participium primi Futuri passiu.

ὄντω δκμοσιεύειν) subaudi δὲ oportet, aut προετίκει conuenit, quod antè præcessit, Caterum ὄντω cum Infinitiuo pulchrè ponitur post aliquod participium, ut hoc loco.

δκμοσιεύειν) δκμος populus, δκμόσιος publicus, δκμοσιεύω publicum reddo & euulgo. Caterum illa in εὖω, partim actiue, partim neutraliter usurpantur: quedã utroq; modo, quedam in uoce tantũ passiu.

ἐνπροσίγορον γλυκῶν &c. hi omnes Accusatiui referēdi sunt ad Infinitiuum orationis præcedētis: oportet quemq; ubi prius expendit, quid sit dicendũ, ita demum proferre sermonem, ipsum, inquam, ἐνπροσίγορον, hoc est, comiter adpellantem, simulq; γλυκῶν, id est, suauem: & ita in cæteris Accusatiuis, quasi subaudiatur participiũ uerbi substãtui, nempe ὄντω. i. existentem, ut ita loquamur: id quod ut melius percipiamur,

tur, mutemus orationis faciem, & pro infinitiuo collo-
cemus modum finitum, pro accusatiuo Nominatiuum,
hoc pacto: oportet ut ubi quid dicendum sit, expend-
rit, ita demum sermonem proferat: ipse inquam, simul
existēs comis in cōgressu, suavis in consuetudine, &c.
Est enim hic oratio in longum producta, multitudine
Accusatiuorum, qui in diuersis membris positi, tamen
ad eandem pertinent periodum, id quod interpret mu-
tauit, conuersis membris in clausulas, ideoq; singulis
fermè uerbum, oportet, addidit, aut aliud consimilis si-
gnificationis.

ἐμπροσκήγορον) ab ἄγορά fit προσκήσορέω, saluto,
appello, & προσκήγορος, unde ἐμπροσκήγορος qui non
grauatim salutat.

ἐντεύξει) ἢ ἐντύξις colloquium, congressus, uer-
bale ab ἐντυγχάνω, simplex τυγχάνω, quod τέρρα su-
mit à τεύχω.

γλυκῶν) accusatiuus ab ὁ γλυκός, ἢ γλυκέος.

ὁμιλίαις) Nominatiuus est ἢ ὁμιλία, à nomine
ὁμιλος.

ἡδύ) ὁ ἡδύς suavis, τὸ ἡδύ suauis, et suauitas substan-
tiuè.

διζῶμενον) δις θηρὸς fera, δις αἰ κενatio, διζάω
& διζάομαι, κενος, αἰκυρος, crasis διζῶμαι, partici-
pium διζῶμενος.

εὐμενὲς) μένος animus, δυσμενὲς inimicus, male-
uolus, εὐμενὲς beneuolus, amicus, Genitiuus εὐμει-
νέος, crasis autem εὐμενῆς, Prima decl. contractorum.

παρακλήσεως) καλέω, Futurum καλέσω, aut κα-
 λήσω pagina 64. Præteritum actiuium κέκληκα per
 syncopen pro κέκλικα, passiuum κέκλημαι κέκλη-
 σαι, metbale ἢ κλήσις, compositum ἢ παρακλήσις, φη-
 παρακλήσεως, ἀ παρακαλέομαι.

Vers. 18.
 Pag. 95
 Vers. 17.

προσκνῆς) αἶνϑ laus, inde adiectiuum ἀπιωῆς
 seuus, immitis, crudelis, quasi ἀπο uel ἄποθερ αἶνου,
 id est, procul à laude: nihil enim magis inuisum popu-
 lo q̄ crudelitas: ex αἶνϑ autem eliditur iota, ϑ α mi-
 grat in κ, contrarium est προσκνῆς mitis, mansuetus,
 placidus. Nā in huiusmodi cōpositionibus, ἀπϑ προς
 sepe numero contraria sunt, ut ἀπόθετϑ reiectus,
 πρόσθετος ascitus. Igitur ἀ προσκνῆς neutrum est τὸ
 προσκνῆς, captum substantiuè pro mansuetudine.

τὸ προσκνῆς ἔχοντα) Interpres τὸ προσκνῆς ἔχων
 interpretatur mansuetudinis opinionem colligere. Nā
 ἔχων non tantum significat habere, sed etiam præbe-
 re ϑ præstare, quasi dicat Basiliius, benigna adhorta-
 tione præbendam ϑ præstandam esse morum mansue-
 tudinem ϑ clementiam.

τὸ τραχύ) asperum, id est, asperitatem, à masculino
 ὀ τραχύς.

κᾶρ per crasim, pro ἑ ἄρ, inde pag. 111.

Vers. 18.

ἐπιτιμῆσαι) τιμῆ, inde τιμάω, Futurum τιμήσω,
 Aoristus primus ἐτίμησα, Infiniti. τιμῆσαι, inde ἐπι-
 τιμῆσαι ab ἐπιτιμάω increpo.

Δέοι) Δεῖ oportet per crasim à Δέω. Optatiuus au-
 τε Δέοι extra crasim effertur, nec dices δοῖ pro Δέοι.

ἀπωθούμην ὡθέω, *compositum ἀπωθέω, & de
pronentaliter ἀπωθέομαι, crasis ἀπωθῆμαι, repellō,
reilcio.*

προκαταλαβῶν γὰρ ἑαυτὸν διὰ ταπεινοφρο
σύνης, ὕτως εὐπαράδεκτος ἔσῃ τοῦ θεομυῖω φθι
δραπείας.

*Præoccupans enim teipsum per humilitatem, ita fa
cile acceptus eris indigenti curatione.*

*Ita enim maximè castigando acceptus eris, si infra
fastigium tuum descendens id feceris.*

προκαταλαβῶν) λαμβάνω tempora sumit ἀ
λίβω, *secund. Aor. ἔλαβον, parti. λαβῶν, composit. κα
ταλαβῶν ἢ καταλαμβάνω, id est occuro, comple
ctor, inuado, & etiam idem quod reum perago, quasi
dicat Basiliius, si prius ipse te per modestiā tanq̄ reum
iudicaueris, nec te immunem à culpa duxeris, sed uelut
communē miseriam apud alterum miseratus fueris, fa
cilius admittetur adhortatio tua: quippe qui nō uidea
ris alterum arroganter increpare, sed communem ca
sum dolere. ἀ καταλαμβάνω fit προκαταλαμβάνω
præoccuro, Aorist. secund. προκαταλαβῶν. Caterum
haud scio, num Budæus legerit προκαταλαβῶν, an
potius προκαταβαλῶν, id est, prius deiiciens, siquidē
uertit, infra fastigium tuum descendens, tanquam à uer
bo καταβάλλω, deiicio, demitto, unde & καταβεβλη
μῶν & abiectus, de quo postea.*

Vers. 2.

ἑαυτὸν) teipsum, nā etiā est secundæ p̄sonæ, pa. 88.
ταπεινοφροσύνης) ταπεινός humilis, ταπεινός

φρῶρ, modestus, humilia de se sentiens, τῷ ταπεινόφρῳ Vers. 3.
 vos, inde ἡ ταπεινοφροσύνη, modestia animi, per synco- ab imo.
 ρην pro ταπεινοφρονοσύνη, Cod. B. 12. in σωφροσύνη. Pag. 95.

εὐπαράδεκτος (Θ) δέχομαι, δέξομαι, δέδειμαι, Vers. 20.
 δέδεξαι, δέδεκται: uerbale δεκτός, compositum πᾶς
 δεκτός, ἂ πᾶς δέχομαι, inde εὐπᾶς δεκτός, qui facile
 suscipitur & admittitur.

πολλὰκις δὲ χρήσιμος ἡμῖν καὶ ὁ τοῦ προφή-
 ῳ τρόπος (Θ) ἐπιπλήξεως, ὃς ἔω Δαβὶδ ἄμαρ-
 τόντι, οὐ παρ' ἑαυτοῦ ἐπήγαγε τὸν ὄρον (Θ) καταδί-
 κης, ἀλλ' ὑποβολῇ προσώπου χρησάμενος (Θ), αὐτὸν
 ἐκείνου ἐκάθιτε τῷ ἰδίῳ κριτῷ ἄμαρτήματ' (Θ), ὥσ-
 τε αὐτὸν κατ' ἑαυτὸν προεξευγκόντα πῶν κρίσιμ, μη-
 δὲρ' ἐν μέμφεσσι δὲρ' ἤελέξαστα.

Plerunque uero utilis nobis & prophetae modus
 increpationis, qui David peccanti non à semetipso im-
 pegit modum damnationis, sed suppositione personae
 usus, ipsum illum constituit proprii iudicis peccati, adeo
 ut ipse aduersus semetipsum pronuntians iudicium, ni-
 bil iam succenseret increpanti.

Plerunq; uero conducibilis nobis erit ea increpan-
 di ratio, quam propheta secutus est, qui peccati reo
 David non à semetipso impegit damnationis modum,
 sed accersita persona utens, iudicem illum ipsam in
 proprio crimine aestimando constituit, adeo prae iudi-
 cio in sese facto, nihil ille deinde habuit quod succen-
 seret increpanti.

πολλὰκις) πολλὰκις multus, πολλὰκις saepius d' ἐ-

κα decē, δ'εκάκις decies: ἐπὶ ἅπτε, ἐπὶ ἅκις septies
πέντε quinq, πεντάκις: ἐξ sex, ἐξάκις, & ita in cæteris.

προφήτου) φημί dico, πρόφημι prædico, coniuga

Vers. 26. tionem eius uide pagina 116. tēpora sumūtur à φάω,

Pag. 95 φήσω, πέφηκα, πέφημαι, πέφησαι, πέφηται, inde

Vers. 20 compositum προπέφηται, uerbale ὁ προφήτης προ-
pheta τῷ προφήτου primæ declinationis.

Ibidem. ἐπιπλήξεως) πλήττω, πλήξω, πῆπληκα, πῆπληγο

Vers. 17. μαι, πῆπληξαι, unde ἡ πλήξις compositū ὠπλήξις,
φ) ἐπιπλήξεως, à uerbo ἐπιπλήττω increpo.

Δαβίδ) Historia est secundi Regum cap. 12.

ἁμαρτόντι) ἁμαρτάνω pecco, tempora sumit ab

Vers. 21. ἁμαρτέω, pag. 116. Futurum ἁμαρτήσω, Aoristus
primus ἠμάρτησα, Aoristus secundus, ἠμαρτορ: de cu

Vers. 5. ius formatione pag. 107. Participiū ὁ ἁμαρτῶν, τῷ
ἁμαρτόντι & τῷ ἁμαρτόντι.

ἐπήγαγε) ἄγω, secundus Aoristus ἤγαγον, Atticè

Vers. 19. ἤγαγον, pag. 118. compositum ἐπάγω, secundus Aoristus
ἐπήγαγον, ἐπήγαγες, ἐπήγαγε.

καταδίκης) ἡ δίκη, inde καταδίκη supplicium,
condemnatio.

ὑποβολῆ) ὑποβάλλομαι propono & tanquam
fingo, inde uerbale ἡ ὑποβολή suppositio, & tanquam
fictio.

χρησάμην &) χρᾶομαι, Futurum χρῆσομαι,
Aoristus primus medius ἐχρησάμην, Participium χρη-
σάμην &.

ἐκάθισε) ab ἔω sedeo fit ἰζω pleonasmō litteræ ζ,

Solet autem propter pleonasmum conuerti e in i, τέκω, τίκτω, ξέπω, ξίπῳ, μένω, μίμνω: sic ab έω fit ἴζω, inde compositū ex praepositione κτλ, quod magis recepitum est, καθίζω. Fut. καθίσω, Aorist. pri. ἐκάθισα, σας, ἐκάθισε, sit q; augmentum ante praepositionem, quod compositum nihil addat ad significationem. pag. 104. Est autem καθίζω interdū neutrum, id est, sedeo, *Vers. 6.* interdum actiuum, id est, colloco, constituo, & sedere facio. hoc loco capitur actiuè.

κριτήρ) κρίνω iudico, Futurum κρίνω, Præteritum *Pag. 95.* actiuum κέκρικα, Passiuum κέκριμαι, κέκρισαι, κέκριται, *Vers. 10.* μετβαλε ὁ κριτής iudex.

ἁμαρτήματΘ) ἁμαρτάνω, Futu. ἁμαρτήσω ab ἁμαρτέω, Præter. acti. ἠμάρτηκα, Passi. ἠμάρτημαι, μετβαλε nomen δ' ἁμαρτήμα, τῶ ἁμαρτήματΘ. *Ibidem.*

ῶσε) ponitur cum Infinitiuo, μετρε μέμφεω. *Vers. 13.*

προεξενηκόντα) φέρω, secundus Aorist. ἦνεσ κορ ab ἐνέγκω, Participium ὁ ἐνεγκῶν, τῶ ἐνεγκόντος, τῶν ἐνεγκόντων, compositum δ' ἐνεγκῶν, ab ἐκφέρω, dein *Cod. E. 16.* ab ἴμο. *Vers. 6.* de προεξενηκῶν ἂ προεκφέρω, id est, prius effero, & pronuntio.

κρίσιρ) ἢ κρίσις φη κρίσειΘ μετβαλε ἂ κρίνω.

δ' ἐλέγξαντα) ἐλέγχω, Futurum ἐλέγξω. Aorist. prius ἤλεξα. Participium ἐλέξας, compositum ἐξελέξας ab ἐλέγχω.

ἔπεται δὲ τῶ ταπεινῶ καὶ καταβεβλημῶν φρονίματι, ὄμμα συγκόρ καὶ εἰς γλῶ σιωπηνδοκῶς, χῆμα ἡμελημῶν, κόμκ' αὐχμηρὰ, ἔδης ἔνυ

πῶσα, ὥσε ἀποῖσιν πενθῶντες κατ' ἐπιτήδουσιρ,
ταῦτα ἐκ τοῦ τυτομάτῳ κατ' ἐπιφαινεῶς.

Comitatur autem humiles atque abiectos animos
oculus tristis, & in terram innuens, habitus neglectus,
coma squalida, uestis sordida, ita ut quæ faciunt lügen-
tes secundum studium, ea ex spontaneo in nobis appa-
reant.

Et consentaneus quidem fuerit summissis atq; abie-
ctis animis, tristis oculus atque deorsum uergens, ha-
bitus neglectus, squalida coma, uestis sordida, adeo
quæ lugentes consultò meditatóque faciunt, ea suapte
animi sponte in nobis, & ueluti habitu temerario, ex-
titisse uideri debent.

ἔπειτα) ἔπομαι sequor, comes sum, Dativus iun-
gitur.

καταβεβλημένω) βάλω. Futurum βαλῶ, Praeteri-
tūm ἀτίμιον βέβληκα, pag. 122. Passiui βέβλη-
μαι, Participium βεβλημένος, cōpositum καταβεβλη-
μένος abiectus, ἀ καταβάλλω, deicio, demitto.

Pag. 95. ὄμμα) ὄπιομαι, praeteritum πασιμι ὄμμαι, uer-
Verf. 13. bale τὸ ὄμμα.

συγνώρ) Multa nomina fiunt ab Aoristo secundo,
eiusq; seruant penultimam & caracteristicam, πει-
θῶ ἐπιθορ πιθανός, sic ἀ σύζω, Futurum σύξω, Aoris-
tus secundus ἔσυγον, nomen, συγνώος, sed per synco-
pen dicitur συγνώος tristis.

σωννευκός) νεύω, νεύσω, νένθυκα, Participium
ὁ νενθυκός, neutrum τὸ νενθυκός, compositum σωννευκός

κός ἂ στυνεύω.

σχῆμα) ἔχω *quædam tempora sumit à χέω, χήσω, ἔχῃκα, ἔχῃμαι, uerbale τὸ χῆμα.*

ἡμελημένον) ἀμελέω, *Futurum ἀμελήσω, Præteritum actiuum ἡμέληκα, Passiuum ἡμέλημαι, Participium ἡμελημένον.* Ibidem. Vers. 13.

ἄυχμηρά) ἄυχμῖ *squalor, inde adiectiuum ἄυχμηρός.*

ἔδῃς) ἔω, *induo; Futurum ἔσω, Præteritum actiuum ἔικα, passiuum εἶσμαι, εἶσαι, εἶσαι, inde ἐσὸς uerbale, ut autem ab ἀργός fit ἀργῆς ἀργῆται, ὁ ἀγυμνός γυμνῆς γυμνῆται: sic ab ἐσὸς fieret ἐσῆς ἐσῆται, sed tenuis τ migrat in aspiratᾶ δ, quod p̄satur prima syllaba, ubi uertitur ἐ aspiratum in ἐ tenue, dicimus ἔς ἢ ἐδῆς, ὅτι ἐδῆται uestis.* Ibidem. Vers. 20.

ἔυκῶσα) participium femininum à ἔυκᾶω, ut βοῶσα, βοῶσα.

κατ' ἐπιτινῶσιν) *secundum studium, id est, studio, consulto.*

ἐπιτινῶσιν) ἢ ἐπιτινῶσιν, *uerbale ab ἐπιτικῶσιν.*

ἄυτομάτῳ) *obsoletum est uerbū, μᾶω, id est, promptus sum, unde μεμαῶς, pag. 83. finge uerbum in μι, μιμημι, Futurum μήσω, Præteritum actiuum μέμηκα, Passiuum μέμαμαι, μέμασαι, μέμαται, uerbale ματός, quasi dicas promptus, inde ἄυτόματος ultroneus, spontaneus, suapte natura prōptus, nec aliunde adhibita cura ascitus, ἐκ τ' ἄυτομάτῳ sunt, quæ sua sponte* Ibidem. 17. Vers. 17. Pag. 95 Vers. 20

eueniūt, quasi per se, nulla extrinsecus, aduocata causa

χιτῶν διαζώικς προσεσαλμένῳ, τῷ σώματι,
τὸ μέρ τει ζῶσ μα μήτε ἄνω τῶν λαγόνων, γυναι
κῶδες γὰρ: μήτε χαλνορ, ὡς διαζέειν τὸν χιτῶνα,
βλακικὸν γάρ.

Tunica per cingulum astricta corpori: ueruntamē
cinctus neque supra ilia, muliebri enim: neq; laxus ut
diffluat tunica, desidiosum enim.

Tunica cinctu appressa sit corpori & astricta.
Cinctus neq; muliebrem in modum ilia exurgeret, neq;
praelaxus fluxam tunicam efficiat.

προσεσαλμένος) εἰδῶ, σελῶ, ἔσαλκα, ἔσαλμαι,
Participium ἔσαλμένῳ, compositum προσεσαλμέ
νῳ, ἂ προσείδω succingo, astringo, scribitur ἄ per
unicium σ.

ζῶσ μα) ζωννύω cingo, Futurum ζώσω, Praeteri
tum αἰτιυμ ἔζωκα, Passiuum ἔζωσ μακ, uerbale τὰ
ζῶσ μα.

λαγόνων) ὁ λαγῶν, τῶ λαγόνος, id est, ilia.

γυναικῶδες) ἢ γυναιξ, τῆς γυναικός, inde ὁ Ἐ ἢ
γυναικῶδης, hic & haec muliebris, τὸ γυναικῶ
δες.

Vers. 2. διαζέειν) ζέω, Infinitiuus ζέειν, crasis ζέειν, compos
ab imo. situm διαζέειν ἂ διαζέειν per geminum εε, pag. 131.

βλακικὸν) ὁ βλάξ, τῶ βλακός, mollis, unde ὁ βλα
κικός, mollis & piger, & qui torpore desidet, pro
quo posuimus nomen desidiosum, ut numero Graecotū
responderemus.

καὶ τὸ βᾶδισμα μίτε νωθρόν, ὡς ἔκλυσιρ
 φησι συχῆς κατηγορεῖν, μὴ δ' ἄρ σφοδρόν ἔσεισο
 ἐκμένον, ὡς ἐμπλήκτους αὐφῆ τὰς ὀρμάς ὑπο
 φαίνειν.

*Et incessus neq; segnis, ut dissolutionem animi de
 claret, neque rursus uehemens & incitatus, ut conster
 natos ipsius impetus significet.*

*Incessus esto nec segnis, ne animum dissolutum de
 claret, neq; rursus uehemens insolenterq; incitatus, ne
 consternatos impetus animi significet.*

βᾶδισμα) βᾶδίζω, *Futurum* βᾶδίσω, *Præteritū* Pag. 95.
actiuum βεβᾶδικα, *passiuum* βεβᾶδίσμαι, *uerbale* *Vcrs.* 13.
 τὸ βᾶδισμα.

ἔκλυσιρ) λύω, *Futurum* λύσω, *Præteritum actiuū* *Ibidem*
 λέλυκα, *Pass.* λέλυμαι, λέλυσαι, *uerbale* ἢ λύσης, *com.* *Vcrs.* 17.
positum ἔκλυσις, ἀβ ἐκλύω.

κατηγορεῖν) ἀβ ἄγορά sit *uerbum* κατηγορέω, *muta
 tione* α in κ. *Infinitiuus* κατηγορεῖν, *crasis* κατηγορεῖν
 quod *uerbum* non solum significat accusare, sed etiam
 demonstrare, declarare, ut arguo apud Latinos, Dege
 neret animos timor arguit. i. demonstrat, ostendit.

σεισοβκμένον) σοβέω, σοβήσω, σεσοβκκα, σεσοβκ
 μαι, *participium* σεσοβκμύθ, *turbulentus*, & *conci
 tatus*, ἀ *uerbo* σοβέομαι, *turbulenter* ingredior, & *ob
 uium* quemq; submoueo & protrudo.

ἐμπλήκτους) πλήττω, πλήξω,πέπληξα,πέπληγ
 μαι,πέπληξαι,πέπληκται, *uerbale* ὀπληκτός, & *Ibidem*
com. ἐμπληκτός. *Vcrs.* 20.

Ceterum in hac Epistola parte geminū est ὡς, id est, ut: & tamen Budaeus utroque loco posuit ne, propterea quod in huiusmodi orationibus idem efficere solet negatio, quod & affirmatio.

σκοπός ἐδοῦτο & εἰς, κάλυμμα εἶναι σαρκός, πρὸς χειμῶνα & δέξομαι αὐταρκες.

Scopus uestis unus, operimentum esse carnis, contra hyemem & astatem sufficiens.

Vnum modò sit uestitus propositum, operimentum ut existat, ab aestus frigorisq; iniuria corpus asserere aptum & idoneum.

κάλυμμα) καλύπτω, καλύψω, κεκάλυφα, κεκῶ

Vers. 13. λυμμαι, unde uerbale τὸ κάλυμμα. Pag. 95.

σαρκός) ἡ σάρξ, τὸ σαρκός, caro carnis.

αὐταρκες) ἀρκέω sufficere, αὐτὸς ipse, hinc ὁ & ἢ αὐτάρκης, qui ipse sibi sufficit, sufficiens, externis ad miniculis non indigens, sed sua ipsius sorte contentus: neutrum ὅ αὐταρκες accentu in antepen. ut dictū de

Vers. ult. Vocat. ὁ δὲ κμόδενος, à nomin. ὁ δὲ κμοδένης pag. 138.

Μήτε ἐν χρώματι δ' ἀνδρῶν διωκέσθω, μήτε ἐν τῇ κατασκευῇ δ' λεπτόν & μαλακόν τὸ γὰρ τὰς ἐν ἐδοῦτι εὐχεροίας πρὸς σκοπῶν, ἴσον ἐστὶ γυναικείῳ καλλωπισμῶ, ὅμ ἐκῆναι ἐπιτηδεύουσι, ἀλλοτρίῳ ἄνθ' παρθεῶν καὶ τριχῶν ἑαυτῶν καταβάλλουσαι.

Nec; uerò in colore amoenitas exquiratur, nec; in structura tenue & molle: Nā in ueste nitidos colores circumspicere, aequale est muliebri ornamento, quod

illæ affectant, extraneo flore malas & crines suos ipsarum intingentes.

Colorum amœnitates ne exquirantur, nec opificio-
rum delitiæ prætenues ac molliculæ. (Etenim in ueste
pigmentorum lautitias consecretari, perinde est atque si
muliebrem comptum nobis accommodemus, quem ma-
gno ille studio sibi aptare solent, accersitis lenociniis
crines malasq; insipientes.

χρῶματι) χρῶ uel χρῶο obsoletum uerbum, Fu-
turum χρῶσω, Præteritum actiuum κέχρωκα, passiuum
κέχρωμαι, uerbale ὁ χρῶμα color, τῷ χρῶματι
τῶς, ὅδ χρῶματι. Ut autem thema reperiamus tam
etsi obsoletum, præstat sursum ascendere hoc pacto,
χρῶματι, Datius est, Genitiuus autem χρῶματος,
Nominatiuus ὁ χρῶμα: neutra uerò in μα sunt no-
mina uerbalia, quæ deducuntur à prima persona præ-
teriti passiuu ablato incremento, & conuerso μαι
in μα: fit igitur χρῶμα à κέχρωμαι, quod for-
matur ab actiuo Præterito κέχρωκα, erit ergo Fu-
turum χρῶσω, præsens nec tertiæ potest esse coniuga-
tionis, nec quartæ: illic enim Præteritum passiuum
assumit σ ante μαι, ut à πείθω, πείσω, πέπεσμαι: à
φράζω, φράσω, πέφρασμαι: qua lege diceretur ὁ
χρῶσμαι à Præterito κέχρωσμαι, erit igitur præ-
sens Sextæ coniugationis χρῶω: nam in hac coniuga-
tione non omnia sumunt σ ante μαι: aut erit præsens
χρῶω, & per crasim χρῶ in tertiâ circumflexorum. In
coniugationibus autem circumflexorum, quando pe-

Pag. 95.

Vers. 13.

Pag. 37.

Vers. 6.

Vers. 3.
ab imo. *multima Præteriti actiui est longa, non assumitur σ, ut scripsimus in Institutionibus, pagin. 66. diciturq; χρῶμα per ω, non χρόμα per ο. Præteritum igitur passiuum, unde hoc uerbale proficiscitur, est κέχρωμαι per ω, quod si scriberetur ο παυῦ, diceremus κέχρωμαι, & inde uerbale τὸ χρῶμα, interiecta litera σ.*

ἀνθηρόν) ἀνθῶ, flos, ἀνθηρὸς floridus, iucundus, amœnus, ἄνθηρόν amœnium, substantiuè amœnitas.

διώκέω) διώκω persequor, sector, studiose affecto, passiuum διώκομαι, Imperatiuus Διώκου, διώκέω.

κατασκυῖ) Datiuus à κατασκυῖν, simplex ἡ σκυῖν.

Pag. 95.
Vers. 20. λεπίον) λέπω decortico, Futur. λέψω, Præt. acti. λέλεφα, Pass. λέλεμμαι, λέλεψαι, λέλεπται, uerbale λεπίος, tenuis, minutus, quasi decorticatus.

λεπίον) λεπίον) μαλακόν) utrunq; adiectiuum, & in genere neutro capitur hic substantiuè.

ἴσον) ἴσος æqualis, interdū tota est breue, tū scribitur ἴσος accentu acuto: interdum producitur, & scribimus ἴσῳ circumflexè, quia longa ante breuem finalem circumflectitur, ut ἐσῶτῳ, pag. 137.

Vers. 12. γυναικίω) ἡ γυναιξ, ἡ γυναικίος, inde fit aduerbium in αῖῳ, ὁ γυναικίος muliebris.

καλλωπισμῶ) κάλλος pulchritudo: ὡφ ὡπὸς facies, hinc uerbum καλλωπίζω excolo, accurate orno, Futurum καλλωπίσω, Præteritum actiuum κεκαλλώπικα, Passiuum κεκαλλώπιμαι, uerbale ὁ καλλώ

πισμὸς *Secundæ declinationis.*

Pag. 95

ἄλλοτριος) ἄλλος *alius*, ἄλλότριος *alicuius*, *asci-*
titius.

Vcrf. 13.

ἄνθ) τὸ ἄνθος, τῷ ἄνθειος, τῷ ἄνθει, *crasis*
ἄνθε.

ἄχας) ἡ ἀχίς, ὅτι ἄχός ἐστι τ, pag. 13. *Accusati-*
vius pluralis τὰς ἄχας *accentu in priorē syllaba,*
Pagina 138.

Vcrf. ult.

ἀλλὰ μὴρ ἰού, παχύτικτος οὕτως ἔχαρ ὁ χιτῶν
ὀφείλα, ὡς μὴ δέϊα) κοινοῦ πρὸς τὸ δάλπειν τῶν
ἐνδύμενον.

Vcrf. 16

At qui ὁ crassitudine sic habere tunica debet, ut
nec indigeat socio ad fouendum indutum.

Tunica sit eousque crassa, ut alio opus non sit inte-
gumento, ad calefaciendum corpus ea contentum.

ἀλλὰ μὴρ) *at uero, enim uero, at qui.*

παχύτικτος) ὁ παχύς *crassus*, *inde substantiuum*
ἡ παχύτης, τῷ παχύτητος. *crassitudo.*

παχύτικτος οὕτως ἔχαρ) *eleganter Genitiuus*
additur, quoties ἔχωρονitur cum aduerbiis. Lucias
nus, ὡς ἕκαστος γνώμων ἢ ἐμπειρίας ἔιχεν. *In*
cuiusmodi orationibus subaudias ἐνεκα uel χάρις, quæ
crebro in Genitiuis intelliguntur, ἧλθους οὕτως
ἔιχε, tali erat genere, id est, sic se habebat, quod
ad genus attinet. παχύτικτος οὕτως ἔχαρ ὀφεί-
λα, quantum ad crassitudinem pertinet, sic se habe-
re debet.

δέϊα) *crasis ex Infinit. δέϊα), à δέομαι indigeo.*

πρός δ' ἀλπαρ) *ad fouendum uel calefaciendum,*
 Vers. 3. *est infinitiuus pro Gerundio, Codice B 2. in προς τὸ*
 ab imo. ἐμποιῆσαι.

ἐνδύομενον) Δύω, ἐνδύω, ἐνδύομαι *induo*, *participium praesentis temporis ὁ ἐνδύομενος*, *qui induitur.*

ὑπόδικμα δὲ ὅ ἐυτελές μὲν καὶ πλὴν ἀξίαν, ἀνευδ' εἰς δὲ τὴν χρείαν ἀποπληροῦν.

Calciarium uero uile quidem secundum dignitatē, citra indigentiam autem necessitatem implens.

Calciarium esto precio quidem illud uili, sed quod uicem suam implere possit.

ὑπόδικμα) Δέω, δέσω, δέδικκα, δέδικμαι: *sic ab ὑποδέω, ὑποδέδικμαι: unde uerbale ὅ ἐπόδικμα.*

Pag. 95 *Subaudiendum autem hoc loco uerbium substantiuum*
 Vers. 13. *sit uel esto, ut etiam antea.*

εὔτελές) τέλει) *interdum impensa ὅ sumptus, πολυτελής sumptuosus: sic εὔτελής uilis ὅ facile ratabilis impensa.*

ἀνευδ' εἰς) ἐνδ' εἰς *indigenter, ut sic loquamur, ὅ per α priuatiuum ἀνευδ' εἰς citra indigentiam.*

ἀποπληροῦν) πλήρης plenius, πληρώω impleo, *participium ὁ πληρόω, τὸ πληρόωμ crasis πληροῦν, compositum ἀποπληροῦν, ἀ uerbo ἀποπληρώω.*

καὶ ἀπαξ ἀπλῶς, ὡς εἰς τὸ ἐνδύομαι ἡγεῖσθαι προσήκει τὸ χρεῖαι: οὕτως καὶ ἐν τροφῇ ἄριστος ἐκπληρώσει πλὴν χρείαν, ὅ ὕψος θοραπέυσει πλὴν δίψαν τὸ ὑγιαίνοντι, καὶ ὅσα ἐκ ἀπορμάτων πα

ροφήματα, πρὸς τὰς ἀναγκαίαις χρείαις πλὴν ἰχθῶν
 τῶν σώματι δύνανται διασώσασθαι.

Et semel in uniuersum, ut in indumento praeire
 conuenit utile, sic & in cibo panis explebit indigen-
 tiam, & aqua sedabit sitim sano, & quae ex legumi-
 nibus obsonia, ad necessarios usus robur corpori pos-
 sunt conseruare.

Et ut semel omnia uno uerbo complectar, ut in ue-
 ste comparanda, rationem in primis constare oportet
 utilitatis: ita in cibo panis usus expleuerit, id quo opus
 est ad alimentum: aquae potus sedauerit sitim homini
 integre ualetudinis, quibus accedent ea pulmēta, quae
 ex leguminibus ad usus tantum necessarios facta, tueri
 de sunt integre corporis firmitati.

ἀπαξ ἁπλῶς) ἀπαξ semel, ἁπλῶς simpliciter, de-
 niq̄ue, & summam, quae duo aduerbia simul iunguntur,
 ut etiam dicitur, ἀπαξ ἁπλῶς, id est, uniuersus.

ἐνδύματα) δύω, ἐνδύω, ἐνδύσω, ἐνδεδύκα, Pag. 95.
 ἐνδεδύμαι: uerbale τὸ ἐνδύμα, τῶ ἐνδύματι & τῶ Vets. 13.
 ἐνδύματα.

ἡγεῖσθαι) ἡγέομαι, infinitiuus ἡγεῖσθαι, crasis
 ἡγεῖσθαι, id est, praere, & tanquam primas partes
 obtinere.

χρηώδεις) χρεία, usus, ὃ ἢ ἡ χρηώδης utilis, χρη-
 ωδεις utile. Substantiuè capitur pro utilitate.

τροφῆς) τρέφω, nutritio, ἢ τροφή alimentum, cibus,
 ἐκπληρώσθ) πληρώω, Futur. πληρώσω, compositum
 ἐκπληρώσω, forsitan scribendum hic ἐκπληρώσθ,

Ἐ post ὁραπεύσει in subiunctiuo: nam Budeus uero
 tit, expleuerit Ἐ sedauerit, quanquam Ἐ Latini In-
 dicatiuum quandoque sic usurpare solent, ualebis pro
 ualeas.

Pag. 95 Σωδράτωρ) ὠείρω, Futurum ὠδρῶ, Præteritū
 Vers. 13. αἰτιῦν ἕωαρχη, Passiū ἕωαρχμαι, Verbale τὸ ὠείρ
 μα, τὸ ὠείρματος, per e: ut etiam τὸ τέλμα à τέλω,
 τὸ τέρμα à τείρω.

Ibidem. Παραφήματα) ὀφάω, ὀφίσω, ὠφικα, ὠφίμαι, com
 Vers. 13. positum παρώφμαι, uerbale τὸ παρόφμα, τὸ παρο-
 φήματ Ἐ.

Cod. G. 15 ἀναγκαῖος) ἡ ἀνάγκη, necessitas, ὁ ἀναγκαῖος nec-
 Vers. 13. cessarius, ut ab ἀκμή ἀκμαῖος, à βία, βιάος.

Vers. ult. ἰχῶν) ἡ ἰχὺς, φη ἰχθῦς, τὴν ἰχθῶν. pag. 16.

Σώματι) τὸ σῶμα, τὸ σῶματ Ἐ, ἴσθ' σώματι.
 Plato dictum putat σῶμα quasi σῆμα, id est, sepul-
 chrum, quod corpus sit tanquam sepulchrum animæ.
 Quamuis autem non statim occurrat uocum themata,
 non tamen protinus à rimando supersedebimus, præ-
 fertim ubi aliqua deducendi spes affulserit: uerbi gra-
 tia, neutra quæ in μα desinūt, à præterito passiuo de-
 ducuntur, Ἐ uerbalia sunt, fingamus igitur thema, à
 cuius significatione nomen ipsum non multum ablu-
 dat: σῶω idem est quod ὑγιαίνω, sanus sum, Ἐ ua-
 leo, unde legitime formari possit τὸ σῶμα, ut prius
 χθῶμα à χθῶω, non tamen usitatum est σῶω, sed σῶ-
 ζω, quemadmodum nec χθῶω, sed χρωζω, quæ dicta
 sunt per pleonasmum literæ Ζ, cuiusmodi plurima sunt

Sexte cōiugationis: aut interuentu ζ, *Quarta, εῶ, ἔζω,*
δωάω, δωάζω, &c. sic à χρώω & σώω, fiunt χρώζω
& σώζω, quæ magis usitata sunt: nam crebrò sunt ob-
soleta primitiua, & recepta ex illis deducta, τικτω
uersatur in usu, non τέκω primarium.

Δάωται) *tertia persona uerbi δάωμαι secunde*
coniugationis in μι, est autem deponens uerbum.

διασώσαο ζ) *σώζω, Futurum σώσω, Aoristus pri-*
mus ἔσωσα, Medius ἔσωσάμην, Infinitiuus σώσαο ζ,
compositum autem Διασώσαο ζ) *à uerbo διασώζο-*
μαι.

ἰδίῃσιν δὲ μὴ λυσώδῃ γαστριμαργίᾳ ἐμφαί-
νοντα, ἀλλὰ πανταχοῦ τὸ εὐσαδέες καὶ πρᾶοι &
περὶ τὰς ἡδονὰς ἐγκρατεῖς διασώζοντα, μηδὲ τότε
ἔμψυχοι ἀργὸν εἶναι περὶ δεῦρ' ἔνοιᾶ ἔχοντα, ἀλλ'
αὐτῶν τῶν βρωμάτων τῆν φύσιν, & τῆν τοῦ ποδὲ
χομένον σώματ' & κατασκευῆν, ἀφορμῆν ποιῆσαι
δοξολογίας, πῶς ποικίλα εἶδη τροφῶν τῇ ἰδιότητι
τῶν σωμάτων ἀρμόζοντα, πρὸς τὰ πάντα οἰκονομῶν
τ' & ἐπιτελεῖται.

Edece autem, nō ravidam gulositatem ostendentem,
sed ubiq; constans & mansuetum & circa uoluptates
continens seruantem, neq; tunc mentem otiosam in de
Deo cogitatione habentem, sed ipsam alimentorum na-
turam, & suscipientis corporis structuram, occasione
facere glorificationis, quomodo uaria genera ciborū
proprietati corporū congruentia, ab omnia moderan-
te excogitata sunt.

Inter epulandum hoc cauere conuenit, ne belluano
tium speciem praebeamus, sed & constantiam, & mansuetudinem ubiq; retineamus, atq; in percipiendis uoluptatibus aequabilem continentiam, ne tum quidem porro ita animis esse feriatis nos oportet, ut commentatione rerum diuinarum uacemus: quippe qui alimentorum naturam, corporisq; aliti opificium argumentum habeamus, diuinas laudes exordicēdi, utiq; cum in mentem nobis uenit, quomodo uaria cibi genera corporum qualitati accommodata, ab eo sint inuenta, qui omnia moderatur & regit.

λυασώδης) λύσσα rabies, ὁ καὶ ἢ λυασώδης tabidus, τὸ καὶ φησι λυασώδης, τὸ καὶ πλὴν λυασώδεια, crasis λυασώδης.

γαστριμαργία) γαστήρ uenter, μάργος edax, γαστριμαργία gulositas.

ἐμφαίνοντα) φαίνω, ἐμφαίνω, Part. ἐμφαίνω.

Pag. 95. ἐυσαδής) ἴσημι, tertia persona praeteriti passiuus
Vers. 20 est ἴσασι, uerbale σατῶς, à quo ὁ εὐ ἢ εὐσαδής, τὸ εὐσαδής, migrat autem τ in θ, ut etiam sit in ἑοδής, Codice

Vers. 9. Η 15. ἑοδής.

Ibidem. βρωμάτων) βρώσκει tempora sumit à βρώω,

Vers. 14 βρώσω, βέβρωκα, βέβρωμαι, uerbale τὸ βρωῶμα, τὸ

Ibidem. 17 βρωῶματ.

φύσιμ) ἢ φύσις, τὸ φύσεως, uerbale à φύω.

δοξολογίας) Δόξα gloria, λόγος sermo, inde δοξολογία, laus & uerbum, δοξολογέω glorifico.

ἑίδης) τὸ εἶδεν, τὸ εἶδεν, τὰ εἶδεα, crasis εἶδης.

τροφῶν) τροφή, Genitiuus pluralis τῶν τροφῶν.
 ἰδιότητι) ἡ ἰδιότης, ἢ ἰδιότης, τῆ ἰδιότη-
 τος, ab ἰδιότης.

οἰκονομοῦντες) οἶκος domus, familia, νόμος
 lex, hinc οἰκόνομος, qui rebus domesticis tanquam lex
 est, toti familiae gubernandae praefectus, ἔσθ' uerbum οἰ-
 κονομέω gubernare, dispensare. Participium ὁ οἰκονομέ-
 ων, τῶν οἰκονομούντων, crasis οἰκονομῶντων, ut ποιέον-
 τος ποιούντων, ἀ ποιέων.

ἐπιπινόνται) νοέω, νοήσω, νενόηκα, νενόημα, νενόη-
 σαι, νενόηται, Compositum ἐπιπινόνται, ab ἐπινοέω.

εὐχαί πρό τροφῆς ἀξίως γενέσθωσαν ἢ τῶν
 θεῶν πρὸ τροφῶν, ὡντε καὶ δίδωσι, ἢ ὡν πρὸς δὲ μέλο-
 λον ἐταμιεύσαστο: εὐχαί μετὰ τροφῆν, εὐχαρισί-
 ας τῶν δεδομένων ἔχουσαι, καὶ αἰτίησιν τῶν ἐπικυ-
 βελμένων.

Orationes ante cibum dignae fiant Dei donis, quae
 nunc dat, ἔσθ' quae in posterum reposuit. Orationes
 post cibum, gratiarum actionem datorum habentes, ἔσθ'
 flagitationem promissorum.

Porro autem orationes antequam cibum sumimus,
 pro dignitate diuinarum benignitatum ineunda sunt,
 cum earum quae in praesenti nobis diuinitus conferun-
 tur, tum uerò earum quae in posterum eisdem recondi-
 ta sunt. Iam à corporum curatione rursus orationes,
 gratiarum actionem exequantur, iam acceptorum er-
 go, atq; eò amplius eorum flagitationem, quae Deus no-
 bis pollicitus est.

ἀξίως) ἄξιος dignus, Genitiuo iungitur, sic & ad uerbium ἀξίως ἢ παροχῶν, quemadmodū ad Romanos capite ultimo, ἵνα αὐτίκ' προσδέξῃτε ἐν κυρίῳ, ἀξίως ἢ ἀγίῳ, ut eam suscipiatis in domino, digne sanctis, id est, ita ut sanctos decet: ad eundem modum Latini, Vivere natura si conuenienter oportet.

ἡρέδωσαρ) γίνομαι, secundus Aoristus medius

Vers. 2. ἐῤῷμλω, Pag. 122. Imperatiuus ἡρῶ, ἡρέδω, plus ab imo. tale γενέδωσαρ.

παροχῶν) ἔχω, παρέχω praebeo, ἢ παροχῆ quic

Cod. B 6. quid largimur & conferimus: uertitur e in. o, ut di-

Vers. 3. etum prius in ἔειπω τῶν &, Genitiuus pluralis ἢ παροχῶν.

ῶν) ὧν relatiuum est antecedentis παροχῶν. Graeci uerò relatiuum ponunt in eodem casu cum antecedente, ἀξίως ἢ παροχῶν ὧν δ' ἰδωσι, προῶς δ' ἰδωσι,

Vers. 12. Pagina 144.

μέλλω) Futurum, siue uenturum, est participium neutri generis praesentis temporis, à uerbo μέλλω, unde Graecis Futurum tempus dicitur μέλλω.

ἔταμιεύ(ατο)ταμιεύω, Futurum ταμιεύσω, Aorist. prim. αἶ. ἔταμιεύσα, Medius ἔταμιεύσμεν, ἔταμιεύσω, ἔταμιεύσαρ, id est, condidit & seposuit.

Pag. 95. ἐυχάρισιαρ) χάρις, gratia, beneficium, χαρίζομαι

Vers. 20 gratiam cōfero, s'inge uocem actiuam, χαρίζω, χρίζω, κεχάρισκα, κεχάρισμαι, κεχάρισσαι, κεχάρισσαι, uerba le χαρισῶς, & addita particula ἐν, fit ἐυχάρισθ', unde ἐυχάρισέω gratias ago, & nomen ἐυχάρισια

gratiatum αἰτιο.

Δεδομένων) δίδωμι, Præteritum passivum δέδομαι, pag. 77. unde participium ὀδεδομένῳ, ἢ δέδο- μένη, τὸ δεδομένον.

Vers. ult.

Pag. 95.

ἄιτκσιρ) αἰτέω, αἰτήσω, ἤτηκα, ἤτημαι, ἤτησαι, μετ- βαλε ἢ αἰτκσις, τ' αἰτκσιςως, τ' αἰτκσιρ.

Vers. 17

ἔπκγγελλμένων) ἀγγέλλω. Fut. ἀγγελλῶ, Præter. ἀέ. ἤγγελλκα, Passivum ἤγγελλμαι, participium ἤγγελλμέ- νῳ, compositum ἐπκγγελλμέιῳ ab ἐπαγγέλλω.

ὥρα μία τροφῆς ἀποτεταγμένη ἢ αὐτὴ κτλ πρὶος Δορ ἀπαντῶσα, ὡς ἐκ τῶν εἰκοσικασάρων ὥρων τῶν ἡμεζονκτιδ, μόλις εἶναι ταύτην τὴν προσαναδισ- κομένην τῷ σώματι τὰς δὲ λοιπὰς εἰς τὴν κτλ νοῦν εἰς γαστρίαν ἀπασχολῆσαι τὸν ἀσκητιῶν.

προβαναλι
κομένη

Hora una cibi constituta, eadem per ambitum reuertens, ita ut ex viginti quatuor horis diei & noctis ut sit hæc insumpta corpori, at reliquas in circa mentem operatione occupetur exercitator.

Deniq; cibi sumendi hora sit unica & cōstituta, eademq; semper per ambitum reuertens, ut hæc ut cunctando corpori destinata, una sit quatuor & viginti, quam temporis intercapedinem complectitur diei noctisq; uicissitudo: reliquas autem horas mens commensurando occupata sit, hominis quidē certe, qui menti exercendæ in solitudine se addixerit.

ἀποτεταγμένη) τάσσω, τάζω, τέταχα, τέτασμαι, participium τεταγμένος, compositum ἀποτεταγμένος ab ἀποτάσσω.

περίοδος) ab ὁδῶς multa fiunt, περίοδος, κἀδο-
δος, ἔφοδος, μέθοδος, &c. ita in ceteris præpositio-
nibus.

ἀπαντῶσα) ἀντάω, part. ὁ ἀντάωρ, ἢ ἀντάουσα, cra-
sis ἀντῶσα, composit. ἀπαντῶσα ab ἀπαντάω.

Vers. 12.

ἑικοσιπινάριον) de numeralibus, pag. 92.

ἡμερονοκτιον) ἡμέρα dies, ἢ νύξ, ὅτι νυκτὸς ποχ,
inde τὸ ἡμερονοκτιον, tempus complectens diem &
noctem.

προσαναλισκομένην) ἀλίσκω, ἀναλίσκω, προσανα-
λίσκω, προσαναλίσκομαι, Participiū προσαναλισκό-
μενη.

ἀπαχολῆσις) χολή, inde uerbū ἀχολέω, ἀχολέο-
μαι, compositum ἀπαχολέομαι, Infinit. ἀπαχολέε-
σθαι, &c. per crasim ἀπασχολῆσις, ut ποισίσις.

Pag. 95.

Vers. 20

ἀσκητιῶν) ἀσκέω, ἀσκίω, ἡσκηκα, ἡσκημαι, ἡσκη-
σθαι, ἡσκηθῆναι, uerbale ὁ ἀσκητής.

ὑπνοὶ δὲ κοίφοι καὶ ἐναπάλλακται, φυσικῶς
ἀκολουθοῦντες τῷ συμμέτρῳ τῆς διαίτης, κατ'
ἐπιτήδευσιν δὲ ταῖς περὶ τῶν μεγάλων μορίμωναις
διακοπόμενοι.

Somni uerò leues & facile discedentes, naturaliter
sequentes proportionem diætæ, secundum studium au-
tem de magnis curis interrupti.

Somni leues sunt, et usq; modî qui excuti facile pos-
sint, ex natura utique præscripto, ad uictusq; ratio-
nem apposit: id uerò interim accurandum, studioq;
assequendum est, ut commentandis rebus arduis ipsi

ρᾶσcantur somni.

ἔυαπάλλακτοι) ἀλλάτῳ, ἀλλάξω, ἡλλαχα, ἡλλαγμαί, ἡλλαζαί, ἡλλακτη, uerbale ἀλλακτοῦς, compositum ἐπάλλακτος, ab ἀπαλλάτῳμαι, deinde cum ἐυ dicitur ἔυαπάλλακτος, id est, qui facile discedit.

φυσικῶς) ἡ φύσις natura, φυσικός naturalis, unde aduerbium φυσικῶς à genitiuo plurali, uerso v in σ.

συμμέτρῳ) μέτρον, inde ὁ σύμμετρον, neutrum σύμμετρον substantiuè, id est, συμμετρία, proportio.

δίαίτης) ἡ διαίτη, τῆ διαίτης.

διακοπόμενοι) κόπη, διακόπη, διακόπῳμαι, Part. διακοπόμενον, qui interrumpitur. Exemplar Aldinum habet διαβοσκόμενοι à βόσκω, quod sequutus est Budæus, ipsi, inquit, ρᾶσcantur somni.

τὸ γὰρ βαδίζῳ κάρῳ κατακρατῳ, λυομένων αὐτῳ τῳ μελῳ, ὥστε σχολήν ἀτόποις φαντασίαις παρέχῳ, ὧ καδικμῳρινῳ δανάτῳ ποιῳ τοῦς ὄντῳ καδιδύοντα.

Nam profundo sopore detineri, solutis ipsius membr̄is, ita ut ocium absurdis uisis præbeat, in quotidiana morte facit sic dormientes.

Nam altiore correptum esse sopore, sicq; esse uetero dissoluta hominis contemplatoris membra, ut interim pateat aditus uisis absurdis obrepentibus, id certè instar est quotidianæ mortis.

βαδίζῳ) ὁ βαδίζῳ, τῳ βαδίζῳ, τῳ βαδίζῳ, crasis βαδίζῳ, de cuiusmodi nominum contractione, pag. 98.

Vers. 10

κάρῳ) κάρῳ, *somnolentia, grauis soror.*
 κατακρατέω) κρατέω, κρατέομαι, *Infinit. κρα-
 τέω, crasis κρατέω, compositum κατακρατέω,*
 μελῶρ) δὲ μέλῳ, τῷ μέλει, τῶρ μελέωρ, *cras-
 sis μελῶρ.*

Verf. 9. ἀτόποις) τέπος, *hinc ἀτοπῳ absurdus.*
 φαντασίαις) *uide Codice E 4. in φαντασίαις.*
 καθημερινῶ) ἡμέρα dies, καθ' ἡμέραν, *quasi dicas
 per diem, ut καθ' ἑκάστω ἡμέραν, per unumquemq; di-
 em, per singulos dies: ὅτι quia dictum est καθ' ἡμέραν
 per Apostrophum, etiam tanquam unica dictio compro-
 sita scribitur καθημερινῶ, id est, quotidie: unde adie-
 ctium καθημερινός quotidianus, ut μεθημερινός diut-
 nus. Cod. E 3. in μεθημερινός.*

Verf. 21.
 ab imo.

οὕτω καθιδύδοντας) οὕτως ὅτι οὕτω *idem, sed hoc
 ante consonantem, illud ante uocalem, οὕτως ἐποίκισε.*
 ἀλλ' ὅπου τοῖς ἄλλοις ὁ ὄρθρῳ ἔστι, τῷ τοῖς
 ἀσκηταῖς φηὶ εὐσεβείας τὸ μεσονύκτιον, μάλιστα
 χολήρ τῆ ψυχῆ φηὶ πυκτερινῆς ἡσυχίας χαρίζομέ-
 νης, ὅτε ἐφθαλμῶν, ὅτε ὠτῶν βλαβερὰς ἀκοὰς
 ἢ θείας ἐπὶ καρδίαν πρᾶσι μπόωντων, ἀλλὰ μόνον
 καθ' ἑαυτὸν ἔτι δὲ θεῶ συνόντων, καὶ διορθου-
 μένου μὲν ἑαυτὸν τῆ μνήμῃ πῶ ἡμαρτημένων
 ὄρους δὲ ἑαυτῶν τιδέοντων πρὸς τῆν ἑκκλισίην τῶ κα-
 κού, καὶ τῆν παρὰ θεῶ συνουσίαν εἰς τῆν πλείωσιν
 ἢ πρὸς ἀζομένων ἐπιζητούντων.

*Sed quod aliis diluculum est, hoc cultoribus pieta-
 tis media nox, maximè otium anima nocturna quiete*

largiente, neque oculis, neque auribus noxios auditus aut aspectus in cor admittentibus, sed solum apud seipsam mente cum Deo presente, & corrigente quidem seipsam memoria peccatorum: fines uero sibi ipsi statuente ad declinationem mali, & à Deo auxiliū ad perfectionem studiorum implorante.

Atqui quod aliis diluculum, id nox iis dimidiata est, qui se colendæ pietatis studio deuouerint. Tum enim præcipuè otium animæ largitur nocturnum concitinium, cum neq; oculi aspectus importunos, neq; aures auditus obturbatores intrò ad cor admittunt. Ceterum mens sola secum, cum Deoque negotium habens, tum peccatorum suorum recordatione sese corrigēs, fines ipsa sibi præscribit ad uitta auersanda, operam etiam diuinitus implorans ad ea adipiscenda, ad quæ magno studio incitata est.

εὐσεβεία) σέβω, colo, ueneror, σέβω & reuerentia & adoratio, inde adiectiuum ὁμοῦ ἢ εὐσεβής, à quo substantiuum ἢ εὐσεβεία, ἢ εὐσεβείας: contrarium ἡσεβεία, ἀσεβεία.

Μεσονύκτιον) μέσθ & medius, ἢ νύξ & νυκτός, nox noctis: unde μεσονύκτιον media nox, nox interpesta.

Νυκτρινός, ἢ νύξ & νυκτός, à quo νυκτρός, unde ὁ νυκτρινός, ἢ νυκτρινός, & νυκτρινός: quomodo autem adiectiuorum facinora se habeant, & neutrum, scriptum. Pag. 90.

ὧτων) τὸ ὡς τῶν ὧτων, ut φῶς φωτός. Pag. 15.

Vers. 26.

Vers. 30.

βλαβερὰς) τὸ βλάβει, uel ἢ βλάβει nocuere
tum, inde fit ὁ βλαβερὸς nociuus, ut ἀ φόβει φο-
βρός.

Σωόντ(ειμί) sum, Participium ὤρ ὄντ. Pa.
Vers. 6. 113. compositum σωώρ σωόντ, ἀ uerbo σώωμαι.

Διορθωμένου) ab ὀρθός fit uerbum ὀρθώω, compo-
situm διορθώω, διορθόομαι, crasis διορθώμαι, partici-
pium διορθούμην.

Μνήμη) μνάομαι, reminiscor, finge uocem αἰτιῶ
μνάω uel μνέω, Futurum μνήσω, unde ἢ μνήμη, ut ἢ
γνώμη ἀ Futuro γνώσω: ἢ ἔγώμη ἀ Futuro ἔγώσω, ἀ
ἔώνυμι, Datiuus τῆ μνήμη.

ἡμαρτημένων) ἁμαρτάνω pecco, tempora sumis
ab ἁμαρτέω, Futurum ἁμαρτήσω, Præteritum αἰτι-
uum ἡμάρτηκα, Passiuum ἡμάρτημαι, Participium ἡ-
μαρτημέν(ει) plurale neutrum τὰ ἡμαρτημένα, hoc
est, peccata, quæ peccando admissa sunt, ut τὰ σεσω-
φρονημένα, quæ temperanter acta sunt.

τιθέντ(ει) τίθημι, Participium ὁ τιθείς, τῷ τιθέν(τι)
Vers. 17. τ(ει), Pag. 70.

ἔκκλισις) κλίνω, Futurum κλινῶ, Præteritum αἰτι-
uum κέκλικα, Passiuum κέκλιμαι κέκλισαι, unde ἢ
Pag. 95.
Vers. 17. κλίσις, φθι κλίσεω, πλὴν κλίσιν, compositum ἐκκλί-
νω, inde ἔκκλισις.

Σωθῆγίαν) ἔργου οὐρις, σωζγός adiutor, auxilia-
tor ἢ collega in opere, ἢ σωθῆγία auxiliam.

τελειώσις) ἀ τέλει fit ὁ τέλειος, perfectus, inde
uerbum τελειώω perficio, τελειώσω, τετελειώκα,

τετελείωμαι, τετελείωσαι, μετβαλε ἢ τελείωσις, τε Pag. 95
 λαώσεως, τὴν τελείωσιν, id est, perfectionem, Vers. 17.

Σπουδάζομένων) τὰ σπουδάζόμενα, quæ nobis
 curæ sunt, & in quæ magno studio incumbimus, ἀπὸ
 δ' αὖ, pro eo quod est studiosè expeto.

ἐπιζήτωντ & ζήτέω, Participium ὁ ζήτέω, τὸ
 ζήτειοντ & , crasis ζήτωντος, compositum ἐπιζήτωντ
 τ & , à verbo ἐπιζήτέω.

HÆC habui, quæ de Grammaticis Meditationi-
 bus in medium adferrem, id potissimum spectans.
 ne iuventus Græcarum literarum avida, diutius quàm
 par esset, in primis linguæ rudimentis hæreret, sed
 uno in opusculo totum istarum minutiarũ tædium de-
 uoraret, grauioribus deinde disciplinis & autorum
 mancipanda lectionibus. Cùm enim futurum spera-
 rem, ut hoc studium apud plurimos minore grauare-
 tur inuidia, si compendio temporis mediocrem cogni-
 tionem attulisse uideretur, non committendum putavi,
 ut in hac parte studiosis adulescētibus deessem. Quod
 etiam eò feci libentius, eoq; magis conandum esse du-
 xi, quòd nullus fermè hodie terrarum sit, angulus si-
 ne Græcarum literarum fautoribus: sed apud quosuis
 hominum ordines, non pauci pro sua quisq; uice, rem
 pulcherrimam & maximè frugiferam prouehant, &
 exornent, quidam doctissimis ingenii sui monumentis,
 alii extruendis Gymnasiis, alii alendis linguarum pro-
 fessoribus, nunquã inter morituram sibi gloriã peperere-
 runt. Quorum insignem unum, nulliq; secundum nos

fra haec tulit aetas, Ioannem Tartesium, quem scilicet
 & semper doctis foecunda uiris, in hac luce gaudens
 contemplatur Lutetia, omnium literarum Meccornatem,
 Praesidem Collegii Lexouiensis. Is igitur uir linguarum
 patrocinium ita suscipit, ut unus ferè sit instar totius
 Galliae, nusquam discipulorum numerus maior, nusquam
 tanta professorum cohors, omnium Musarum dotibus
 instructissima. Quem enim ille non ultra disciscit, pascit,
 & ornat, quem eruditionis nomen commendauit? Est
 ubi Latine discas commodius, illic Graece fortasse me-
 lius, ibi contra Hebraicè, uerum hoc Lexouiese Col-
 legium bonorum omnium est mare: Latinos, Graecos,
 Hebraeos habet multos, quin & Chaldaeos atque Ara-
 bicos propediem dabit, si modò parere liceat, quod
 diu parturiuit: adeo gladiatorio quodam animo praes-
 ses ille in banc laudem incumbit, quasi in fatis esset, ut
 unus linguarum studiis promouendis praesesset, dignus
 profecto, qui Regum gazas, & opulentissimos thesau-
 ros possideat, tam excelsa & benefica natus uolunta-
 te, ut seipsum literarum saluti deuouisse uideatur. Qua
 propter omnes linguarum candidatos decet, ut hunc
 uirum colant & uenerentur, pro meritis in caelum lau-
 dibus uehant, nomè celebrèt, ei que successus prosperos,
 & multorum saeculorum annos precentur. Nam uiuen-
 te Tartesio, semper incolumes literae durabunt, & nun-
 quam cadere poterunt.

Admonendus es, candide Lector, numerum paginarum, nō cum quibusuis exemplaribus Institutionum huius Authoris conuenire, verū cum iis duntaxat (quod sciam) quæ ex officina nostra superioribus diebus in lucem prodierunt: quæ Authorem nondum adhuc vidisse, facile adducor vt credam, cum in hoc statim principio scholiorum scribat, sedulo curatum esse, vt Institutiones omnes hæctenus excusæ paginis inter se responderent. Certè nostræ ab aliis, quas mihi hucusq; videre licuit, toto (quod aiunt) cœlo aberrant, quantum ad hoc negotium attinet. Quæ sanè res in causa fuit, cur hunc quoq; librum mutatis numeris excuserim, etiamsi aliis imprimendis essem occupatissimus, vrgentibus nimirum ad id iuuenibus, qui Institutiones in officina nostra impressas, iam sibi comparauerant. Conquererentur enim de numerorum discrepantia. Qua in re si difficilem me præbuissem, haberent profecto quod suo iure mecum exostularent.

Id igitur vt ne fieret, imprimis cauendum putauī. Bene vale, & D. Clenardo pro laboribus suis bene precare.

[The text in this section is extremely faint and largely illegible. It appears to be a multi-paragraph document, possibly a letter or a report, with some lines of text being more prominent than others. The word 'University' is visible at the top of the page, and 'Chicago' is visible at the bottom of the page.]